This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


6
G 14 c
Prog. c. G.
1552
R

CLAVDII

GALENI DE

DIEBVS DECRETORIIS LIBRI TRES,

Ioanne Guinterio Andernaco interprete:

*

Nuperrimè ad exemplar Venetum recogniti & diuulgati, cum indice rerum scitu dignarum.



LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, sub Scuto Veneto.

1553.

C L. GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS, LIBER PRIMVS,

*

IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.

Quæ in primo libro de Diebus decretoriis continentur.

*

Quid significat ipsum nomen Crisis, & quid ipsum de diebus decretorijs.

Aduersus eos disserit, qui aiunt nullum diem esse decretorium.

Quod secundum multas differentias decretorij dies inuicem differunt.

Quamobrem de aliquibus diebus inter se conueniant Medici, de quibusdam verò dissentiant.

Doctrina de differentia dierum decretoriorum.

De dignotione principij ipsius morbi.
De dierum decretoriorum facultate.
Quòd aliquando crisis fiat in primo die.
Doctrina de differentia dierum decretoriorum post vigesimum.
Quòd Medicorum inscitia, ægrotantium aliqua difficilis solicitudo, & quædam quæ extrinsecus præter opinionem accidunt, crisis diem certum permutant.
Quòd, si in nullo prædictorum erratum sit, in primis ipsis diebus crisis præcognitio fiat.
Quòd morborum diuturnorum, quorundam quidem in secunda, quorundam verò in tertia septimana exactæ solutiones præcognoscantur.

CAPVT I.

QVOS solutiones morborum qui non paulatim, verùm subitò finierunt, certas esse cognoscamus: excretio quedam copiosa vel abscessus insignis apparebit. Nam qui morbi citra hæc quiescunt ac finiuntur, in iis recidiua timenda est. Quare animum diligenter adhibere conuenit: ægrúmque modis omnibus obseruare, ne quæ omnino sanis vel in cibo, vel in potu, vel balneis, vel motu, vel denique in aliis quibuslibet conced

concedimus, agere ipsum permittamus. Si nanque morbus quiescens exiguus fuerit, forsan ob tam exactam victus rationem prorsus subsederit, vt postea nunquam reuertatur. Porrò si malignior existat, etiam tunc quum hoc viuendi modo vsus fueris, redibit: sed tamen non cum summo discrimine. Si verò neglexeris, parúmq; studiosè animum aduertas tanquàm planè soluto, multò graüior quàm antea euadet. Itaque morbi cuiusdam magni, & vehementis solutionem firmam, signa quæ λυτήρια, id est, solutoria vocat Hippocrates, præcedere oportet. Partim sudores bonos ex toto corpore manantes, vel vrinarum, vel alui recrementorum copiam, vel vomitum: Partim sanguinis ex naribus profusionem, vel aliam quādam eius euacuationem, velut ex ani venis fluorem, quas αἱμορροΐδας appellant, vel ex vtero: Partim in glandulis, quæ auribus subiacent, absessus, aut in alia quadam ignobili particula, aut articulis. Cæterùm, quibus nullo huiusmodi signo apparente morbus finisse videtur, de his Hippocrates vndequaque admirabilis, communi quidem sermone * hunc in modum pronuntiat: *Quæ sine signis finita sunt, ferè reuertuntur.* Membratim verò & in ipsis Aphorismis, & opere Prognostico, nec minus in

1 2 3 4 5 6 7 8 9

In vetere codice adduntur τῶν ἀφορισμῶν. *id est, in Aphorismis & ita vi detur legisse antiquus interpres.*

Epidemiis perdocuit, quorúmnam recidiua exitio sit, quorum minus. Item quæ nobis curare licet, & prohibere ne reuertantur. De his sanè alibi sententiam ipsius explicauimus. At nunc de iis morbis qui simul cum signis defierunt, quíq; iam in iudicationem venisse dicuntur, verba facienda esse censeo illis qui boni quippiam de decretoriis diebus intellecturi sunt, cognitu necessaria. Præcedit enim nunc excretiones in his & abscessus, non mediocris in ægri corpore perturbatio. Hic siquidem frequenter spiritum subito difficilius trahit, vel delirat, vel caliginem, vel splendores ob oculos versari putat, vel lachrymas fundit, vel oculos rubentes habet, vel tempora grauia, vel in ceruice dolores percipit, interim vel capite dolet, vel nigra quædam seu obscura oculis offundi queritur, vel stomacho laborat, vel inferius labrum quasi tremulum ac intro contractum habet, vel rigore vehementi concussatur. Quinetiam plerisque præcordia attrahuntur: iidem male se habent, exiliunt, frigidámque expetunt, & vri se magis ac antea dicũt. Nõnullis ipsorum accessio quoque maturior incipit & longior, vehementiórq; euadit. Ad hæc grauis sopor, aut aliud quoddam * symptoma occupat. Atq; hic iam vniuersos qui adsunt in

* *In Græcodice impressis hoc in loco ad di. ἡ ἄλλο, id est, aliud, non habetur.*

in metu esse maximo videre licet, audiréq; dicentes, quòd ægrotus nihil ab iis distat, qui in foro de morte iudicantur. Vnde mihi quidam Medicorum ne affuisse quidem huiusmodi ægrotantium perturbationibus apparent: vel nō inquirerent quid iudicationis vocabulo significaretur, neque an res ita fieri posset, vel minus. Vtrum enim morborum quasdam subitas solutiones cum excretione aliqua vel absceſſu fieri dubitant? an hoc quidem vidisse se profitentur, alia verò symptomata, quæ ante paulùm recensui adesse ipsis ignorant? an hæc quoque intelligunt, non autem id quod accidit, iudicationem appellandam esse prædicant? Quod si est, non de re, sed nomine disceptatio est, nam neque cognoscere se fatentur turbationes quasdam subitas oboriri ægro, corde, hoc est stomachi orificio, laboranti, vel exilienti, desipienti, aliáq; id genus patienti: tum neque paulò post in eis vel sudore, vel sanguinis profluuio, vel alio quodam simili euenīente, securam morbi solutionem consecutam esse, vel extremæ cōtentionis ac cauilli, vel dementiæ esse iudico, siquidē hæc non inter ea numerantur, quæ rarò cōtingunt, sed quæ potius quotidie apparēt. Nos sanē turbationē adeò subitam, iudiciū seu crisim appellamus, atq; si-

nire ipsam plerunque ad salutem, interim ad exitium affirmamus. Si porrò quis aliud quippiam, non hoc iudicium esse dicat, & deinde contentiosus sermoni meo obstrepat: is opinionem suam, non me reprehendit. Præstabat igitur, scientes quid tandem sibi velit ipsum vocabulum, eos de re sermonem instituere. Sed horum insciliæ ac contentioni ne quidem Aesculapius ipse mederi possit. Atque hæc mihi præter institutum aduersus illos dicta sunt. Cæterùm, quibus artis opera curæ sunt, cum illis iam de proposita hîc consideratione disseram.

CAPVT II.

IVdicia enim seu crises ipsæ singulis diebus accidunt, sed neque pares numero, neque ex æquali fide. Hoc intercedit discriminis inter illas, quòd aliæ salubres, aliæ malè eueniant. Quædam cum pluribus, & difficilioribus symptomatis, & maiore certamine: nonnullæ statim ab initio tuto accidunt. Quinetiam in hoc plurimum differunt, quòd hæ deficientes, illæ perfectæ sunt. Nec minus, quòd aliæ certis statutisque diebus indicatæ prius fiunt: aliæ repentè, & ex improuiso, non indoctis modo, sed peritis etiam artificibus eueniunt. Tot autem iudiciorum, quot dierum decretoriorum differentiæ existunt.

stunt. In duodecimo etenim & decimosexto, nullum vnquam iudicatum vidi. In septimo, ne vel numerare omnes adhuc possum. In sexto iudicantur, sed cum difficilibus symptomatis, & periculo non mediocri, ad hæc absque fide, imperfectè, obscurè, sine notis, & ad pernitiem. Quum igitur non solum mihi tot annis obseruanti huiusmodi quædam dierum differentia, sed Archigenis etiam imitatoribus in artis operibus diligenter admodum versatis inuenta sit: insuper his superioribus Tarantini Heraclidis studiosis, qui ex vsu speculationem collegerunt: postremo etiam Philotimi, & Dioclis sectatoribus, aliisque veteribus: tum ante hos vniuersos Hippocratis diuino ingenio admirabilis æmulatoribus: quomodo non quis iure in dierum numero differentiam quandam statuat? Nam quod in tot annis septimum quoque iudicantem subinde simul & absolutè, fideliter, tutò, manifestè, conspicuè, & salubriter: Sextum è contrario viderim, non paruum quoddam discrimen ostendit. Porrò quòd ego quidem nunquam duodecimum viderim iudicantem, alius autem quispiam rarò simul & imperfectè, infirmiter, cum periculo, obscurè, sine signis, & malè: neque hoc exiguam dierum

rum differentiam indicat. Multi siquidem morbi sunt, qui in septimo die iudicantur absolutè pariter & securè, tuto, apertè, cum bonis signis, & dextrè. In duodecimo rari quidem adeò, vt nobis visi sint nondum. Et si cui alienando ante nos in duodecimo die crisis euenisse visa est, vel imperfecta, vel infida, vel periculosa, vel obscura, vel sine signis, vel omnino ad malum accidere visa est. Voco imperfectam iudicationem, quum ex morbo quippiam relinquitur: Infidam seu incertam, quum morbi recidiua contingit: Periculosam, quæ cum symptomatis grauibus accidit: Obscuram, quæ citra excretionem, vel abscessum quempiam euidentem euenit. Sine signis fieri dicitur, quæ à nullo priore die indicata est. Mala dicitur, quòd in ægri perniciem omnino desinit. Rursus absolutam voco, quæ in morbo nihil facit reliqui: Fidam, firmam, securam, certam, quæ redit nunquam: Turam, quæ sine periculosis symptomatibus accidit: Sic manifestam, cui excretio quædam, vel abscessus insignis ac conspicuus adest. Cum bonis signis accidit, quæ à contemplatorio prius indicata est. Bonam esse, quæ ad sanitatem desinit, non puto quempiam latere. Verùm si hæc ita apparent, maximam esse

esse dierum inuicem differentiam nullus reclamabit.

CAPVT III.

DIcet forsan aliquis, nihil verum esse eorum quæ diximus: sed nos argentum à iudiciariis diebus accipientes, ipsos in res medicas introducere, tanquam nothos quosdam pueros, germano veróque generi assimilantes. Qua enim remoti alia quàm argento euidentia mentiremur? Non enim generatim iudiciarij nobis conueniunt, neque ciues aut familiares sunt, vt ipsis sine mercede subueniamus. Quid nanque vel melius esset, vel illis vt decretorij esse putentur, vel nobis, si vt sunt, astenderimus? At quemadmodum alia quoque per experientiam cognita iudicamus libere, iniquissimum esse putantes, veritatem occultare: sic dierum differentias, quas crebrò spectauimus, dicimus vti vidimus. Quum autem optimos Medicos simul & homines (ambo enim sunt Dioclis & Hippocratis studiosi) item alios quorum priùs mentionem fecimus, eadem de ipsis pronũtiasse inueniamus, adhuc etiã magis, vt puto, confidimus tanquam vera dicentes. Verùm non consentiunt vniuersi hi (inquiunt) de iudiciariis diebus, sed hi plures, illi pauciores esse dicũt. Item quidam hos, quidam

quidam illos iudiciarios esse pronuntiat: non eosdem vniuersi, sed vt cuique sua est opinio. Quid igitur per deos quæso ad illos dicas? Num in quo dissensum est, hoc omnino non esse dicitis? Atqui nondum conueneritis. Nam quòd accuratiore experientia, inquisitione & iudicio huiusmodi opus habeant, apud omnes in confesso est. At quòd nullus eorum qui dissentiunt, vera nuntiet, non modò non vos ô eximij decretoriorum calumniatores, sed ne Pironeam quidem dubitationem profesi recipiunt: quoniam hi dissensionem inexplicabilem non simpliciter vniuersam quamlibet, rei quam ignorant, signum pronuntiant. An igitur non licet iudicare, quis de decretoriis diebus vera, quis falsa dicat? An possibile quidem, sed non facile? An etiam tempus longum, atque diligentiam accuratam desiderat? Nam morborum initia interim latent. Vtrum iam is dies decretorius putandus est, in quo iudicij aliquis dies extitit, an in quo morbus primum discussus sit, considerationem quandam desiderat. Alius enim quispiam alterum ipsorum, arbitror, alius alterum opinabitur, forsan etiam aliquis neutrum: sed in quem plurimum iudicij tempus * peruenit,] eundem

*Mendo sè in Ald. legitur à. ἐρίτλο, pro ἀφίκετο.

dem esse decretorium dicet, quando ad hoc vsurpamus etiam, quod frequenter viderimus. Erat autem hoc in diebus quibusdam impossibile, qui raro iudicant, vel casu quopiam. Non enim impossibilis est hypothesis, si quis raris diebus incidat primis: dein priusquam longum iudicium expectarint, de ipsis tanquam decretoriis ferunt sententiam. Ex huiusmodi vniuersis, necessarium est veram dierum iudicij historiam turbari. Si etenim in quo quis iudicatus est eum decretorium diceremus, facillima sic eorum cognitio euaderet, & prope omnibus decretoriis esse liceret. Quoniam verò non satis est raro iudicantem vidisse, verùm crebrò: tum vt crisis sit, quemadmodum recensui, bona, perfecta, secura, manifesta, adhæc tuta, & prius indicata, constat vniuersum in Soriticam dubitationem incidere. Si enim quædam ex his quæ dixi, adsint, quædam absint, & præsentia æquentur absentibus, vel exiguus aliorum sit excessus, liquet nos de huiusmodi die addubitaturos esse decretorium an non appellare oporteat. Si quidem omnibus quę dixi præsentibus, vel plurimis & maximis, adhuc dubitare, summa est stultitia: quemadmodum si nullum ipsorum, vel omnino pauca leuique potentia prædita adfuerint, quin

quinetiam hic non ex decretoriis numeran dus eſt. Quod ſi parua quædam eorum quæ ei adſunt,& non adſunt, differentia ſit,manifeſtum eſt nos in dubitationem venturos,vtrum ex decretoriis hic referendus eſt, an minus. Ego itaque ipſe ab adoleſcentulo quidem dies decretorios obſeruare incepi,vt ex mea ipſius experientia,de ipſorum diſſenſione iudicarem: etſi iam clare de quibuſdam memoriæ præteritæ vitio pronuntiare non poſsim. Tale etiam Hippocrati viro nimirum veraci diu admodum accidiſſe videtur, ſi quid ex primo Epidemion coniecturare oporteat: vbi multos dies in vnum congeſsit,quos in Prognoſtico & Aphoriſmis circunciderè videtur. Demonſtratum verò nobis eſt alibi,nec iam minus ex ſequentibus clarum euadet † priores, dum ſpeculationes adhuc experimentis explorarent, nec generatim ſententiam de eis proferre auderet. Quamobrem ij qui dies iudiciarios tollunt tanquam non exiſtentes, quoniam de illis inter medicos non conueniat,non adeò in artis operibus animum aduertiſſe mihi apparent. Nam ſi aduertiſſent, non ſolum in quibuſdam dietis inter- bus diſcordare ſcribentes de iis, ſed etiam pres. in plurimis conuenire, vbi conſiderarint,

In veteri cod. legitur πρόρρησις, non προρρήσεις vt mendo ſe in Ald. In alijs legitur πρὸ τέρου. id eſt prius, & ita videtur legendum.

&

& deinde experientiæ ſuæ meminerint, inuenirent nimirum alterius eſſe naturæ illos in quibus conſentiunt, alterius illos vbi diſcrepant. Quis enim vel ſeptimum vel vndecimum, vel decimumquartum, vel alios quoſdam ſimiles non dixerit eſſe iudiciarios? Nemo opinor. Apparent enim omnes tanquam vno ore de ipſis iudicium pronuntiare. Atqui ſi de omnibus inter ſcriptores conueniret, forſan omnes ipſos ordine liceret ſine iudicio & inquiſitione veritatis aliquem imitari, qui primus de iudiciariis diebus diſſeruit. Quum autem in plurimis diſcordant, non adhuc huiuſmodi quid cogitare licet. Sed mihi mirari ſuccurrit, viros ob veritatis acquirendæ ſtudium, nempe quòd non eoſdem omnes dicant, ſed in quibuſdam diſcrepent, neque temere, neque ſine ratione mihi facere videntur. At qui dies omnes iudicationum notas conſeruant paulò antè à me ſcriptas, in iis vniuerſi pari modo ſentiunt. Qui verò ambiguitatem aliquam ac dubitationem habent inde, quòd nonnullæ eis notæ adſunt, quædam non, haud ita ſimili modo ab omnibus ſcribuntur. Vnde coniicere eſt non obſcure decretoriorum dierum naturam quandam eſſe propriam eximiã. Quos enim ſeorſum vnuſquiſq

quisque nostrum ad talium experientiam deueniens, iudiciarios pronuntiauerit ex eo quòd omnes conseruent iudicationum notas, *eosdem] apud illos quoque in confesso esse inuenias: sicut etiam quos experientia nemo potest iudicare, de his esse dissensionem. Nullum igitur ego his maius iudicium de iudiciariorum dierum natura existimo, quàm quòd eos, qui omnes iudicationum notas habent, has quoque apud illos reperias, omnésque conuenire: de quibus quis dubitet, de is dissentire. Nã in talibus controuersia fidem iis qui in confesso sunt, firmam astruit. Præstaret sophistis cauillos aliquando odio prosecutis, de illis qui omnes habent iudicationum notas, omnibúsque in confesso sunt, promptè sententiam dicere, & de reliquis considerare: quandoquidem propter dubitationem quæ in paucissimis est, certitudinem in plurimis adeò conspicuam peruertere, extreme absurdum est. Age igitur nos, si veritati studemus, ipsorum iudicio integrè manum admoliamur, & primos sanè tanquàm regulas quasdam omnes iudiciorum notas habentes, apponamus: secundos his proximos: deinde tertium quẽdam & quartum ordinem statuamus, & cuiusque dignitatem indicemus. Etenim huiusmodi cognit-

† *Mendose in græ. impressis legitur* ταῦτα *pro* ταύτας.

gnitio ad curationes morborum, *& solutiones, non leue momentum affert: ne videlicet iis timeamus, qui fidis diebus iudicati sunt, aut tenuem victum præbeamus, néve perfidis diebus iudicatos parum diligenter obseruemus.

*In veteri Græco cod. nō legitur ηγὲ λύσις, neque habetur in veteri translatione.

CAP. IIII.

PRimum itaque omnium dierum decretoriorum septimum dicimus non numero videlicet & ordine primum, sed potentia & dignitate, omnes enim summatim decretoriorum notas occupat: quinetiã plurimos iudicat, & absolute, item cum manifesta excretione, vel abscessu, sine periculo vehementi, & vt plurimum quartus eum prænuntiat. Nam si vrinæ in illo planæ, vel sputi, vel deiectionis, vel appetitus, vel mentis vel sensus, vel alterius cuiusdam sisimilis, manifesta contingit mutatio: quam vt non similis in septimo iudicatio comitetur, quomodo fieri posset? bona si ad salutẽ, mala si ad peiora pertendat. Plerunque igitur bona iudicia eueniunt in die septimo, etenim hoc ei præter cæteros accedit: quanquam nonnulli etiam in eo moriantur, & euidẽti couersione ad peiora pergentes, in sequenti quodam decretorio intereunt. Sextum verò diem, quãto pauciores in eo iudicantur quàm in septimo, tanto quoque

b

maligniorem inuenio, vt qui ferè ex aduerſo natura ſeptimo oppoſitus ſit. Quinetiam qui in quarto ad peiorem ſtatum recidunt, plerique ſexto moriuntur. Econtrario rurſus ſi bona conuerſio contingat, ſeptimum expectabit. Et ſi rarò interim ad meliora conuerſionem in quarto die euenientẽ ſextus excipiens iudicarit, dici nõ poteſt quãta cum perturbatione, periculo, & metu hoc fiat, quaſi æger ſtatim adeò fato ſit functurus. Nam ſi in delationem animi, quam cataphoram dicunt, incidant, ſopori graui ſimile quid ipſis obuenit: fiuntque tum omnis ſenſus, tum vocis expertes: & ſi qua excretio proueniat, animo conſternuntur, pulſus ipſorum concidunt, color abit, tremũt, collabuntur. At ſeptimus dies ſemper pro excretionis portione, reficit ipſos magis ac recreat. Atque igitur ſexto die maligna, acria, fœtida multa tum deiiciunt, tum vomunt. Sudores rari quidem æquales toto manantes corpore, & calidi: quales ſi quando obortuntur, plurimum afficiunt ægrotos. Timor inuadit ſpectantes eius rei ignaros, interdum parotides malignæ, vel etiam arquatus, vel alius quidam abſceſſus, alterum certamen, quo diſcutiatur requirens emergit. Ex vrinis iudicas? Nec interim in his boni quippiam inueneris. Etenim

enim crudæ decolores, tenues, boni nihil quod ſubſidet, habentes: ſed nunc quaſi teſtaceum, nũc arenoſum, in totũ autem inæquale, incoctum, ipſa copia tantum in ſexto die, quibus apparent conducens. Atque hæc moderatiſsima leuiſsimáque ſunt, quæ illo die incolumi futuro cõtingunt, plurimos autem alios ſtatim ſyncopa corripi, vel ſuffocari largo ſanguinis profluuio, vel euacuatione parũ moderata, itẽ vel catoche quadam vel inſania, quam μανίαν Græci appellant, vides, alios in manifeſtã pernicie̅ iniecit, arquatos concilians, parotidas non bonas educens, & tabem inſanabilem interim excitans, demum quod mali genus nõ adfert? Mihi equidem frequenter in mentem venit ſeptimi diei naturam, regi aſsimilare, ſexti verò tyranno. Ille ſiquidem clementior tanquam bonus, aliquis princeps iis quos iudicat, vel ſupplicij partem adimit, vel illuſtrat victoriam: Hic econtrario vel pernicie illius quem iudicandum accepit, gaudet, vel ſalute dolet, quęrítq; vbi animũ expleat, & malè ægrum, qui in ipſum incidit, tractet, & lõga punitione exerceat. Age igitur ſermo hic mihi ſiſtat, prius quàm aliorum dierum decretoriorum naturam explicem. Si quis roget me de ſeptimo die, an decretorius ſit, dein vbi hoc affirma-

rim ex parato,de ſexto rurſus quærat quid ei reſpõdero? Nam ſi eandem huic quoque appellationem imponam, putabit aliquis natura ipſum ſeptimo aſsimilem me exiſti mare. Si verò natura contrarium,ideóq; ex decretoriis diebus exemerim, forſan opinabitur eodem genere cum duodecimo,& decimoſexto comprehendi:de quibus antea dixi,nunquam me videlicet ipſos vidiſſe iudicantes. De his ſane quid ſentiã prompte, vt de ſeptimo dixi,enunciabo. Illos enim quòd nullam decernendi notam habent,non decretorios dicam: Hunc,quia omnes habet,decretorium eſſe. De ſexto nõ tam abſolutam enunciationẽ ſtatuere poſſum:decernit etenim frequenter de morbis,ſed dolosè,& prauè. Quapropter ſiquis me cogat de ipſo ferre ſententiam,nõ longa oratione vſus, vt paulò ante quum vniuerſam eius naturam recenſerem, ſed ſummam complectens, ſextum diem malum eſſe decretorium dixero, quemadmodũ ſeptimum bonum. Non tamen ſic conuenit ſimpliciter,atq; anguſta oratione de re nõ ſimplici pronunciare:nã præter alia medicorũ pleriq; rei ipſius obliti,de nomine cõtendunt. Nonnulli ſubitã in morbo mutationẽ iudicationem appellant:quidam, niſi bene ægro ceſſerit,tale criſim nõ vocitant:

aliq

aliqui horum vtrunq; iudicij opus esse ferunt. At iudicium ipsum perturbationem subito mutatam cũ signo quodam euidẽti, ex ipsa videliçet morbi natura prouenientem, nõ extrinsecus esse arbitrantur: deinde multum ac diu de significato contendunt. Neque id ipsum intelligentes, tanquam à rebus medicis desciscentes, vel dialecticis vel grammaticis, vel rhetoribus conuenientem considerationem recipiunt. Siquidem dialectici munus est, de nominum rectitudine disputare: Rhetorum & grammaticorum est inspicere nomen an Latinis in vsu sit. Atque hæc nonnulli medicorum factitant, tantam vel dialectices, vel grammaticæ vel rhetoricæ cognitionem ac intelligẽtiam habẽtes, quantam asinus lyrę. Hi ergo medicorum res omittentes, & aliena malè tractantes, vtrinque grauiter peccant. Nos sanè quomodo quis medicis nominibus optimè vtatur, alibi demõstrauimus. In præsenti commentario dierum naturam interpretari statuimus, sophistarum nugas aliis relinquẽtes, qui artis opera parũ curant, sed nugãtur velut in adolescentiũ diatribis. Dicetur tamen nonnihil in sequentibus etiam de prædictis nominibus, vt illorum cauillos quis possit diluere, homonymias distinguens. Nunc autem prius ipsam vtilitatem

explicemus quemadmodum in omnibus commentariis fecimus, vt hãc iam tenens, eáque fruens abunde, ſophiſtarum nugas reprehendere condiſcas. Nam, vt alia ſine longa ipſorum nugacitate, artis candidati poſſunt ediſcere, omnem adamuſsim dierum naturam ex ipſa doctrina opere poſſunt conſequi. Atqui in totum ab eorum loquacitate tam vulgata abſtinere, impoſsibile eſt: poſtremo quoque in priore ſermone vel inuiti ipſam attigimus.

CAPVT V.

PVta itaque illa vice procœmij alicuius propter ſpeculationes celebritate mihi eſſe prælibata. Vtilitatem autem ipſam, & præſtantiam ad artis opera nunc deinceps dicere vniuerſam, tempus poſtulat, quòd quidem vtilitas ſit, etiam ſine appellatione oſtenditur, quòd autem veritas non ſtatim apparet, ſed ex ipſis rebus iudicationem expectat. Quare lectores hoc adhortari opportunum eſt. Vt poſtquam, quemadmodum & nos omnia hic ſcripta multo tempore iudicauimus, ipſi quoque in ægris eadem explorauerint, tum audeant de dictorum veritate ſententiam proferre, prius autem non. Igitur denuo ab iis exordiamur, à quibus in ipſius libri initio incepimus,

mus,&,vt ſolum memoria teneantur, per capita reſumentes quæcunque prius dicta ſunt, repetamus: quæcunque verò nondum enarrauimus, fuſa oratione interpretemur. Hæc autem dicta ſunt: Morborum ſolutiones, quæ ſubito, vniuerſímque fiunt, excretionem quandam vel abſceſſum euidentem requirere. Dierum verò in quibus eueniunt, naturas eſſe differentes. Etenim ſeptimum, & frequenter ſoluere, & perfecte,& cum fide,& ſalubriter,& ſine periculo,& clare,& notabiliter. Sextum frequenter quidem & ipſum, ſed non ſeptimo ſimiliter. Nam & pauciores ipſum iudicare,& ſolutionis modo plurimum differre. Neque enim bonas ſalubréſque ipſas eſſe, verùm malitioſas plurimas: neque ſi bonas, omnino & perfectas: imo neque ſi perfectas, ſtatim etiam cum fide: quia nonnunquam morbus reuertitur, exacte licet ſolutus eſſe videatur. Quinetiam cum periculo, & obſcure ſextum diem iudicare, ídque ei maxime proprium eſſe, hoc quoque diximus. Attamen ſine ſignis iudicium non ita ſexti proprium eſt, ſed quartus ipſius vt etiã ſeptimi index eſt. Hæc igitur præfati ſumus: quæ reſtant, nunc adiiciamus. Septimi naturam decimuſquartus maxime imitatur. Proximi his ſunt nonus, vndecimus,

& vigesimus, prope hos verò tertiusdecimus & quintus, post hos quartus: hunc sequuntur tertius, & decimusoctauus. At sexti naturam nullus exacte aliorum dierum imitatur. Si aliquando in octauum diem vel decimum subita morbi solutio incidat, similis ferè ei est quæ sexta accidat: verùm rarò in his soluitur, nec cum fide, nec bene, † nec salubriter,] nec perfecte, insuper ad hæc obscure simul & citra notas: vnde alterius esse naturæ ipsi cum supra dictis ostendantur. Quemadmodum in his morbus subito non soluitur, ita nec iis quos ratim recensebimus, duodecimo, sextodecimo & nonodecimo. Medius inter hos ordines dierum subito non soluentium, octaui dico, decimi, duodecimi, decimisexti, deciminoni, quos iam retulimus: & tertij, quarti, quinti, sexti, septimi, noni, vndecimi, decimiquarti, decimiseptimi, decimioctaui, vigesimi, decimustertius maxime videtur mihi esse positus. Nec scilicet ita reiiciendus sicut hi qui secundæ sunt notæ: nec ita soluere morbos natus, sicut ij qui primæ sunt notæ. Huiusmodi quædam dictorum dierum ad vigesimum vsque differentia est. Reliquas ordine deinceps dicturus sum, hoc primum in memoriam reuocato, quod ante paulùm promisi. Nam

† *Non est in græco.*

quan

quantum ad artis opera attinet, longo ad inuentionem tempore opus est, breuissimo autem ad disciplinam. Quicquid est aliud reliquum, vel sophistarum nugæ, vel aduersus hos controuersia est, etsi hæc quoque deliramentum sit: præstaret etenim ipsos despicere: propter iuuenes tamen qui aliquando à cauillationibus circunuenti à naturali ratiocinatione recedunt, necessario locum haber. Igitur quid proposuerimus manifeste iam liquet. Nam sine nominibus etiam his, iudicari, iudicatum esse, iudicium, & decretorium, differentias dierum interpretatus sum: non à ratione quadam, vel dogmate abditorum eas introducens, verùm ex solo diuturno vsu speculationem constituens. Porrò quicunque hoc omisso, vel quomodo iudicationem definire conueniat, vel quæ ratio sit, cuius occasione non æquè in vniuersis prædictis diebus iudicia fiunt, disquirit, sophistis controuersiæ ansam præbebit, qui huiusmodi sermonibus contradicentes, rem ipsam se subuertere putant, veluti siquis videndi causis, quas philosophi dicunt, reclamans, se visum sustuliſſe credat: vel si quis de motu quid dicat non habeat, vel de loco, tempore, generatione, & corruptione, cum sermonibus res quoque sustuliſſe arbitretur. Talis est enim de iudi-

cio & decreroriis diebus ſophiſtarum dicendi facultas: qui euidens ipſum ſanè amouere non poſſunt, ſignificata tranſponunt, & ad finitiones quaſdam reclamant, poſtremo de natura numerorum placita proſcindunt. Quanquam à nobis nuper ſcripta præceptio ac diſciplina nihil horum attigit: atque huius rei gratia ſophiſtarum os obturat, vtilitatem vsúmque breuiter edocet. Pari modo dierum poſt vigeſimum differentias compendioſe tractaſſem, niſi ratio quædã neceſſaria obſtitiſſet: quam & ipſam Empirici,† qui nihil euidenter apparentibus attribuunt,] accurate noueruntnon tamen qui primùm artem recipiunt.

† *In veteri græco codi. legitur* ἢ μηδὲν ἄλλο ἢ τοῖς ἐνεργῶς φαινομένοις προσδοξάζουσι. *vt vertendũ ſit: qui nihil aliud recipiũt niſi quæ euidẽter apparet. Et ita legitãt interpretes.*

CAP. VI.

CAeterum eſt aliquis hic qui roget, quod tandem morborum principium? Etenim vigilant, cibos faſtidiunt, capite grauantur, ſegnes, & ad motum pigri fiunt, toto corpore laſsitudinem ſentiunt, aliáque id genus infinita patiuntur plurimi ægrotaturi. Atque hæc primo aduenium modice, verùm ſemper magis augeſcunt, paulatim obambulantibus iam, & conſueta facientibus. Poſteaquam verò nimiſquam diſplicere ſibi cœperint, ac ab affectu victi pri

primum fuerint, tunc decumbunt. Vnde perſpicuum euadit, morbi principium ſtatuere conueniens, non leuioris eſſe negotij. Quippe adamuſsim primum, inſenſibile eſſe: vbi iam decubuerit, non morbi, ſed decubitus eſſe principium. Quinetiam quòd fortiores quidam ſunt, maliſque patientes: item quòd [ſuſtinentur à quodam † in ciuili actione] longiúſque eunt, & procul à domo deducuntur, atque ob alias huiuſmodi cauſas poſsit quis nondum decumbere, ſed malè affectus quidem eſſe: ſi mollis quiſpiam animo, imbecillis, timidus, & de quamlibet leui cauſa ſuſpicioſus, ſtatim decumbit. Cuius igitur decubitus morbi initium putandus, nemo facile inuenerit. Atqui ſi neque primum exacte principium capere licet, neque decubitum morbi initium conſiſtere ratio eſt, conſtat neque aliud tempus aliquod vel ante decubitum, vel poſt eum. Siquidem priora omnia inique capientur primo principio neglecto: quæ poſt decubitum ſunt, multo iniquius, ſi neque huius tempus morbi exordium eſt. Huiuſmodi quidem ſunt addubitationes. Porrò ipſorum ſolutiones diuerſæ ſunt: Prima & maxima multos repente morbos inducit, vel ſimul cum rigore, vel dolore vehementi, nullo planè ſen

† *In vete-*
ri græco
cod. nō ha-
betur ἐπὶ.
adeò vt lo-
cus ita ver-
tendus ſit:
occupati
ſunt in ali-
quo ciui-
li negotio.

sensibili symptomate eum pręgresso. Morbis itaque aliis, in quibus obscura principia sunt omissis, decretorios dies in manifestissimis experiamur. Quin & cœnatis facillime plerisque & exercitatis, tum lotis subito morbus aduenit: quemadmodum Hippocrates quoque de multis ægris scriptum reliquit: vt idem autor de aliis ægrotis scribere consueuit, quia prius, quàm ægrotare inciperent, stando in erectum fatigabantur. Et quidem hoc ipsum dicētes, antequā morbus incepisset, insciij ac imprudentes veritatem confitemur. Nam morbi initium tempus illud ipsis putandum est, quum manifesto febricitare incipientes decubuerint. Non enim idem sibi vult capitis dolor & febris: sicut nec vigilia, & cibi fastidium, & totius corporis grauitas, vel lassitudinis sensus, verùm singula hæc diuersa quædam à febre existentia, febrem denunciant. Tu igitur ô sophista, mentem his aduerte. Febris inuadens, maximéque acuta, neque nos, neque idiotam quemlibet latere potest. Finge autem, si voles, latere nos quoque, sed mirarer, si diutius hora ægrotantem, licet omnino sensus expers sis, latuerit. Putemus itaque inuasisse horā decimā: sit autem verum initium, quòd non decima, sed nona hora contigerit: quid hoc ad dies decretorios?

rios? In hoc artis medicæ opera nimis vti vides, pereunt, quòd ægrotantium nonnulla hora vna latuit. Hippocrates sanè medicorum omnium diligentissimus, vniuersa hæc quum obseruasset, quemadmodum, quòd complures repentè nullo prius oborto symptomate quidam stando in rectum fatigati, febricitare inceperunt, memoriæ prodidit: ita iudicationes euenientes à primo die quo febricitauit homo, non ab illo quo capite doluit, vel huiusmodi aliud quippiam passus est, accurate inspexit: quoniam in huiusmodi principiis decretoriorum dierum experientia medicis est. Porrò tu si principia ratione contemplabilia vis inspicere, forsan ἀπαθείας, id est perpetuæ inualetudinis placitum attinges. At nō Asclepiadarum medicina talis est. Ratione siquidem contemplatorias illi febres neque dignoscere, neque curare dignati sunt. Sensiles autem, & claras, & potissimum quum acutæ sint, in quibus & decretoriorum dierum cōtemplationem requirimus, neque idiotam quemlibet, neque medicum latere possunt. Quid iam tibi vis? An ex iis qui statim decubuerunt obseruationem facere, vel qui stando in erectum defatigati sunt? Hippocrates etenim in vtrisq; faciens, eosdem de ambobus decretorios pronun-

cia

ciauit, non vbi primum capite doluit, ſed quum primum febricitauit, morbi initium conſtituens. Ita ſinguli alij quibus ars curæ eſt, non ſermones falſi probabiliter contexti. Iam quidem morbi principium medicis facillime cognoſcitur. Porrò ſiquis ſeipſum ab hac appellatione eximit, nondúmque perſuaſum habet: tum nugari nō ſolùm nos, ſed etiam Hippocratē, Dioclem, reliquóſque alios, quorum prius mentionem fecimus, exiſtimat, is Cadmæam victoriam celebret.

CAP. VII.

NOs enim ſophiſtas reprehendere nunc non inſtituimus, quoniam ſuperuacuum: verùm iis, qui veritatem ſectantur, ſpeculationem noſtram impertimus. Ponamus iam huiuſmodi quendam ægrum, clarioris doctrinæ gratia, qui decima diei hora acuta febre conflictari incipiat: vnde ſophiſtis quærere iubentes principium ratione contemplatorium, ipſum ſecundum diem, vel ſi quod aliud initium acceſsio altera in ipſo faciat ſenſibile & clarum obſeruabimus: dein eodem modo tertium, vt ſiue per triduum, ſiue quotidie fiant acceſsiones cognoſcamus. Hoc autem magis ſiue in paribus ſiue imparibus diebus vehemen

mentius intendatur. Esto febris †cõtinens:] per triduum acceſsiones: Tertio quidem die, hora vndecima: Quinto, noctis hora prima acceſsionem habeat: Septimo, noctis hora tertia, ſemper enim acceſsionem duabus horis poſt, venire ſtatuamus. Quapropter etiam noni diei noctis hora quinta, vndecimi ſeptima fiet acceſsio. Sunto iam huic alia ſimilia per vniuerſum morbi decurſum à principio, ad vſque noctem vndecimam. Vndecimo verò die coloratiores ſimul vrinæ reddantur, & quaſi albæ nubeculæ in iis innatent prius non viſæ. Hic non medioris ſpes eſt verè medicis, morbum in decimo quarto die diſcuſſum iri. Euenit tamen ſubinde, ſolutionem in dierum quendam ſequentium incidere. At hoc quo pacto fiat, ſermonis de iudiciis proprium exiſtit, eaque de cauſa in illo dicemus. Nunc autem de decretoriis diebus diſſerere propoſuimus. Cuius autem gratia exemplum requirebam, propius veni apparet. Inuadat enim quoracunque hora decimætertiæ noctis acceſsio cum totius corporis concuſsione, quam Græci ῥῖγος nominant: fieri ſiquidem poteſt vt horam conſuetam præoccupet, aut non præoccupet, ambo enim eueniunt, magis tamen vt alterum præoccupet quũ criſis futura eſt. Sic iam

† *In græc.* ἐστ' συνεχὴς ἀπὸ τρίτης ἐπὶ πέμπτην, ὥρας ἑνδεκάτης ἀπὸ τῆς πέμπτης ἐπὶ τὴν ἕβδομον, πρώτης νυκτὸς ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ἐπὶ τὴν ἐνάτην, τρίτης ἀπὸ τῆς ἐνάτης ἐπὶ τὴν ἑνδεκάτην. *continua.*

iam quoq; moleſta grauiſque ſi placet, tota nox decimatertia facta, quò certius firmiúſque iudicium fore ſperemus: quoniam impoſsibile eſt eum qui tam grauiter laborarit, in acceſsione decimatertia nocte incipiente non iudicari. Iam verò vt nihil indefinitum ſit, fingamus noctem grauem inuadat acceſsio hora octaua cum vehementi corporis concuſsione, nullúmque aliud ex iis quæ in criſibus ſuperueniunt, ſymptoma contingat. Pulſus fiat inordinatus, inæqualis: ſed motus crebriores, elati, & magni appareant: huiuſmodi æger, vbi acceſsio cum corporis concuſsione inuadens vigorem ſuum receperit, ſudare ſtatim decretorio modo in decimoquarto videlicet die incipit. Sic enim euenit decimatertia nocte, hora octaua, ſi acceſsio inuadat. Itaque iam facilius pro euacuationis ratione ſpiret, moueátque ſeſe, & pulſus edat meliores, tum facilis tolerario iſta comitetur, & toto die vniuerſum corpus æqualiter inſudet, dein ad veſperam in totum febri leuetur: talis æger tuto iudicatus eſt, procedente tempore paulatim ipſum recreare cibis & reficere conuenit, nihil etiam timere. Dies enim cum fide omnes decretorias notas continet. Nempe quòd vndecimo die in vrinis quid iudicaretur ap-

par

paruit, ſignum eſt iudicij, quod notabile merito nuncuparur. Item, nox grauis, quæ acceſsionem præcedit, & inſultus cum concuſsione, pulſuum commotio decretoria, ſudores boni: atque ob hoc clarum iudicium merito nominatur, quod ſine periculis horrendis euenerit, tutum, quinetiam perfectum, quod febrem perfectè diſcuſſit. Bonum ob hocipſum, & quòd ſine periculo. Quod igitur iudicio teſtimonium afferendum relinquitur? Huic mihi animū adhibeas, quòd fidele eſt, ſecurum, & à metu de morbi recidiua remotum. Vnde hoc accepimus? Nempe quòd alia ſingula ex vno quopiam, vel etiam duobus, vel pluribus quidem, ſed non ex vniuerſis factis oriuntur: verùm quòd cum fide, omnibus quæ commemorantur indiget, in quibus diei quoque natura eſt. Nam ſi aliis omnibus quæ retuli, euenientibus criſis in decimumquintum incidiſſet, non perinde ſecura eſſet. Fides igitur in iudicio, à die ſpectatur. Atque hic decretoriorum dierum vſus. At ſi quis ſolos ipſos omne poſſe exiſtimet, is non ſolum plus ignorat, quàm cognoſcit: imò ſophiſtis etiam contradicendi occaſionem exhibet. Dicunt igitur rectè, ſi fidem in morborum ſolutionibus decimiquarti diei natura præberet, fidum

ipſum eſſe, vel ſine multis ſudoribus & ſalubribus oporteret, quomodo autem ſermo nugax ſit, ego ne vel oſtendere prorſus volui, ſed ſingulos Medicorum ſcholam frequentantes tantum prius eruditos eſſe quàm frequentarent, vt cauillos ac captiones ſaltem manifeſtas adeò poſſint cognoſcere. Huiuſmodi ſiquidē nugacitas omne peruertit auxilium: neque venæ inciſionem nonnunquā auxiliari demonſtrans. Si nanque auxiliaretur, cur tādem non ſtatim eos quibus vena inciſa eſt, in balneum dimittimus, audactérque nutrimus: verùm in lecto continemus, & tenui victus ratione fouemus? Quid, quòd nec cataplaſma apponimus? Etenim hoc repletos, lotos & ebrios iuuat. Quin nec clyſterem, neque ex omnibus aliud quodlibet, ſimilis nanque loquacitas eſt. Sed quoniam artem tam mirabilem ac magnam pro Aſclepiadis veteribus Lanifices & Telonæ tractant, oportet videlicet nos quoque eam oppugnatam vindicare diceréque tanquam ſeu cauſam, ſeu ſignum quodlibet. Siquidem vnum vnius vel efficiens, vel index eſſe dicatur, indicare quis nequiens ipſum circa appellationem, vt quod alterius præſentiam ſemper requirat, pulchrè opinionem reprehendet. Si verò aut facere, aut indicare ſimul

plur

plura coëuntia, hoc aliquod dicatur, nugax est qui seorsum ipsorum vnumquodque aggreditur. Non enim vnumquodque ipsorum priuatim tanquam non sufficiens, sed vniuersa simul subuertere conuenit. Dixeris equidem sic puto, & si decem aliqui pondus quodlibet attollere possint, singuli verò priuatim nullum possint, ad operis totius absolutionem vnum inferri. Quid iam vis? vtrum decretorios dies fidæ morborum solutionis esse causas, an signa? In vtrisque siquidem sophisma promptè deprehenditur. Vis prius causas statuamus, quemadmodum & venæ sectionem, & clysterem, & cataplasma, aliaque singula præsidia causas sanitatis esse dicimus: verùm vt illorum nullum adeò validum erat, vt sine aliis restituant sanitatem, ita nec decretorius dies. Rursus igitur si tibi videtur, non causas, sed signa dicamus, qualia in vrinis, alui recrementis, sputo, atque huiusmodi aliis vniuersis cernuntur, sed nec illorum vllum solum poterat vel salutem, vel mortem indicare. Et sanè, si neque vt causas neque vt signa decretorios dies censeam semper solos aut facere, aut indicare idem, verùm cum plurium concessu, nullam adhuc rationem sophisma ipsorum habebit. Non enim hæc decreto-

riorum dierum recta exploratio, quòd etiã sine aliis signis decretoriis fidi sint, verùm alia quædam re vera est. Nam si aliis vniuersis indiciis eodem modo habentibus decretorius dies solum destituatur, multum à iudicij fide tolletur. Quòd si verò aliis decernendi signis non admodum completis, decretorium ipsis diem appositeris, solutionis securæ spes quædam affulget. Iam verò si hoc solum decretoriis diebus adsit, nempe cum ipsis frequenter vel plurima & maxima decretoria signa, vel etiam vniuersa, æquum videlicet esset huius tantum occasione propriam decernendi dierum naturam esse putare. Quum igitur ad hoc à seipsis quoque aliquid adferunt in medium: non multo sanè magis ipsos, his qui nihil inferunt, neq; multis iudicandi signis concurrunt, seligemus? ceu propriam illi quidem, hi verò propriam quoque naturam habeant? quippe mihi maximè videtur. Itaque rursus à Sophistis, qui artis optima corrumpunt, recedentes, memores præscriptæ paulò ante hypothesis, claritatis disciplinæ gratia, ægrum illum, quem continuè febricitantem, per triduum accessionem experiri, ad diem vndecimum deducentes sermone, decretorium in vrinis posuimus signum habuisse, deinde quarto decim

decimo iudicatum esse: nunc haud ita sic, sed iniudicatum adhuc, in decimamquintam noctem, accessionem quæ in ea accidit, deducentes, similiter cum totius corporis concussione inuadentem. Pari modo sudore iudicari fingamus in die sextodecimo, vt euidenter cognoscamus, quantam virtutem dies decretorius obtineat. Primum etenim neque probè sudauerit huiusmodi, neque perfectè in illo die febris eum dimiserit. Quòd si aliquid vtique præter opinionem euenerit, sine fide omnino crisis est, item si æger quid peccet, morbi recidiua timenda est.

CAP. VIII.

ITerum ergo protrahentes eundem ægrotum, quarto die signum decretorium habuisse ponamus, quemadmodum paulò supra, vndecimo statuimus crisim septimano aduenire. Contemplatorius enim in secunda septimana vndecimus: in prima quartus etiam indicare natus est, sicut vndecimus, quartumdecimum, ita quartus septimum, qualisnam erit. Fiat autem in septima nocte, hora tertia accessio sicut prius statutum est: item concussio, pulsuum mutationes eueniant, nocte iam finiente sudare incipiat: postea toto deinceps die octauo pulchrè sudet: postremò febri le-

uetur ad veſperam. Hic rurſus animum mihi aduertas. Cuius enim gratia ægrum produxerim, non paruum eſt. Siquidem in prima hypotheſi decimatertia nocte acceſsionẽ expertus more decretorio: deinde quartodecimo febri liberatus, non decimotertio, ſed decimoquarto iudicatus eſſe dicebatur. Nunc autem ſudores licet ex morbi ſolutione in octauum diem totum exciderint, tamen ſeptimo die hic iudicatus dici queat. Adhibendus enim animus eſt, neque ſimplicirer acceſsionum principiis, an etiam cum decretoriis notis inuadant: neque quum primum ſudare, vel alio quouis pacto inceperint iudicari. Etenim hoc ſolum fidem non habet, imò nec quum primum febris deceſsit. Quanquam nec duo coëuntia reliquo maiorem potentiam neceſſariò habent. Etenim tria conuenientia omnem quæſtionem tollere conſpicuum eſt. Dico autem ſi in vno aliquo die acceſſio cum ſignis decretoriis inuadat, ipſáque criſis incipiat, & ſequatur perfecta ſolutio. Si quidem partitionem fecerimus, diſtinguetur primum & maximè diebus, quos indices & contemplatorios appellant. Si nanque vel quarto vel vndecimo indice facto criſis quolibet modo attigerit vel ſeptimum, vel decimumquartum, illos

illorum ipſam criſim eſſe arbitrari opus eſt. Porrò ſi iudicium extra illos dies cadat, vt neque in illis incipiat, neque compleatur, conſtat non adhuc eſſe dicendum, morbum in ſeptimo, aut decimoquarto iudicatum, verùm in alio quopiam die qui totam criſim in ſe compræhendat. Etſi tamen nullo indice prius habito criſis ſubito contingat, duos attingens dies, ad notas has reſpiciens, diſtingues, vtriúſnam ſit: nempe ad acceſsionum proportionem, ad dierum naturam, ad decernendi temporum numerum, ad ipſum iudicij tempus. Ad acceſsionum proportionem ſic: Imparibus diebus ſi æger magis laborauit, proprium magis diei imparis iudicium: quemadmodum ſi paribus, illius proprium. Nam in acceſsionibus plurimum iudicia contingunt. Cæterùm ad dierum naturam hoc pacto: Si ambigas, vtrum noni diei, vel decimi ſit iudicium: ſi enim ſalubre ac bonum perfectum, ſine periculo, noni magis eſt: ſi imperfectum, malum, & periculoſum, decimi. Ad numerum decernendi temporum, quoniam hæc tria erant, decretoriæ acceſsionis initium, decretoriæ motionis principium, finis ipſe iudicij, qui dies tempora duo accipit in ſeſe, magis iudiciũ ſibi aſſumit. Sic & ipſum tẽpus iudicij vtra die fuerit longius,

illi magis iudicium attribui debet. Si verò quatuor hæ notæ vno die introducantur, huic tu quoque iudicium attribues:& ſi vna ex his relinquatur, ſic quoq; adhuc adſcribes:ſed iam & alterũ diem ipſius criſis participem eſſe putandum eſt. Si autem æquales notæ fuerint, iudicium quoque vtriuſq; diei commune eſſe cenſebis. Interim non duos modo, ſed tres etiam dies iudicium attingit. Iterum igitur hic, quantum ad temporis longitudinem attinet, medius præferendus eſt:non tamen vniuerſum ei concedes, ſed primum quidem, ſine indice & contemplatorio die criſis fuit, conſiderandum eſt:quoniam diximus maximam hoc potentiam habere. Secundo regulis quoq; aliis, quas modo enarrare deſij, vtẽdum eſt:nempe acceſsionum collatione dierum natura, decernendi temporum numero, & ipſo iudicij tempore.

CAPVT IX.

QVoniam verò de his abundè ſatis definitum eſt, reuerſi denuò, vti prius vſq; ad diem vigeſimum, ita iam poſt illum decretorios enumerabimus: tantummodo prius relatis iam adiicientes, quantum ad præſentem diſputationem conducit: item ne vlla iam commemoratis quæſtio deſit. Quid verò eſt hoc? De primo nimirum die in

in morbis,& ſecundo,non diximus in ſuperiore ſermone:etſi Dioclis imitatoribus hi quoq; decernere de morbis viſi ſint. Quomodo igitur de hoc intelligendū ſit,diſtinctione docebimus. Nam ſi præceps ac ſubita in ægrotantis corpore perturbatio,morbi ſolutionem præcedens, criſis ſiue iudicium nominatur, neq; primum diem, neq; ſecūdum decretorios eſſe cenſebimus: quia velut fluctuatio ſolutionem præcedens, nequaquam in his eſt conſpicua. Si autem ſolutio ſimpliciter appellanda eſt criſis, hi quoque erunt decretorij: quare omnes febres diariæ ſolutionem partim in primo ſtatim die, partim in ſecundo nanciſcuntur. De ſignificatu igitur quæſtio hîc magis eſt,quàm de re ipſa. Ipſam enim rem,liberari videlicet pleroſq; febribus in primis ſtatim diebus, nemo ignorat. Ad hoc genus quæſtionis pertinet illud quoque: An vbi perturbatio in morbi ſolutionem finierit,criſim eſſe factam dicendum:an quando inſignis quæpiam mutatio acciderit. Quinetiam ipſum ſolutionis nomē,vtrum quum ad ſanitatem æger reciderit, duntaxat inferendum ſit,an etiam vbi mors ſecuta,adhuc morbus ſic quoq; ſolui dicendus,magnā inquiſitionem obtinet. Quum verò huiuſmodi diſquirendi otium ſuppetet, rurſus expo-

nemus. Nunc autem in hoc priore commentario solam ipsam vtilitatem commonstrare proposuimus, quam & sine demonstrationibus logicis ex hypothesi colligere possumus. Fingamus enim nos * exactã solutionis perturbationem, crisim simpliciter appellari.] Aliarum nulla crisis absolutè, verum quæ ad pernitiem tẽdit, mala crisis totum hoc nominetur. Quæ insigne quidem momentum attulit, morbum verò non solvit ante cõ uit perfectè, deficiens appelletur. Alia quæ insigniter ad peiora declinat, imperfectæ simul & mala. Ita sanè, quum singulas res priuatim absolutè claréque indicare voluerimus. Interdum verò vtentes interpretationibus defectiuis, vt vocant, iudicia nominamus vniuersas quatuor differentias citra appositionem mali vel imperfecti. Atque hanc deficientem interpretationẽ apud omnes homines satis in vsu esse, alibi declaratum est copiosius: sed nunc quoque dicemus, quantum ad præsens institutum satis est. Chœnicem sanè, & cubitum, & pedem aut aliam quandam mensuram, nequaquum maior quàm par sit, existat, nequaquum minor iusto, eodem appellasse vocabulo conuenit: quoniam quantitatem aliquam certam vnumquodque tale nomen indicat. Attamen est, quum Chœnicem minorem

In anti. translatione hîc locus ita habetur. Per turbationem quæ sumptionẽ agritudinis perfectam dici crisim ser mone absoluto.

norem, maiorémq; ac conuenit, nuncupamus: similiter cubitum, pedem, & alias quasque mensuras. At quum exactè interpretamur, non cubitum simpliciter, sed magnum cubitum aut paruum nominamus: absolutè solũ iustum. Aliquando nonnulla secundum vehementem excessum generis totius appellationem sortiuntur: quemadmodum etiam apud Poëtam scribi dicimus, alium præter Homerum neminem intelligentes, infiniti licet alij Poëtæ sint. Huius farinæ est, quod dicitur apud Comicum: * Et rarum est, vt qui homo, sit homo. Nam agrestem, belluinum, amentem, rusticum, non secundum hominis naturam esse putantes, ad integros in ea natura & consummatos nomen transferimus. Siue igitur, sic per excessum quendam iudicij nomen dicimus, siue iuxta priorem rationem, alterius temporis est disputatio. Quid autem ad Medicinæ opera momenti afferat, iam colligere est ex præscriptorum nominum hypothesi. Quod enim omnes iudiciorum notas habet, iudicium absoluto sermone vocatur: alia cum appositione nominis appellabuntur. Iam si non subitæ mutationis perturbationem, verùm solam ipsam mutationem voluerit quispiam iudicationem nominare, bona quidem,

* *In veteri Græco codic. pro* ἀλλ' *legitur* ὡς, *id est, vt.*

quidem, simulque perfecta solutio, simplici sermone Crisis vocabitur: reliquæ cum appositione omnes.

CAPVT X.

PRoinde qui post vigesimum diem decretorij? hoc enim vnà mihi propositum est percensere. Archigenis, Diocliſque studiosi vigesimum primùm ante omnes potissimum primo loco dignantur. Etenim Archigenes ipsum vigesimo præponit. Mihi tamen aliter visum est, sicut & Hippocrati: ostendemus id in sequentibus. Simili modo etiam de vigesimo septimo habet, siquidem ego hunc etiam vigesimo octauo antepono: illi postponunt. Habet autem trigesimus quartus potentiam mentione dignam, atque hoc magis quadragesimus. His minus decernunt vigesimus quartus, & trigesimus primus: & multo his adhuc minus trigesimus septimus: ita vt in dierum decernentium, & eorum qui non decernũt, medio collocatus esse videatur, & magis ex non decernentibus esse. Porrò alia tota dierum multitudo inter vigesimum & quadragesimum, decernendi omnino expers est. Audi ipsos: iam tibi referuntur. Vigesimus secundus, vigesimus tertius, vigesimus quintus, vigesimus sextus, vigesimus, trigesimus, trigesimus secũdus, trigesimus tertius,

trig

trigesimusquintus, trigesimusoctauus, trigesimusnonus. Vniuersi duodecim sunt. Et vsque ad quartūdecimum quidē magnæ sunt perturbatiōes in morbis. Proximo loco succedunt quæ vsque ad vigesimum habentur. Quæ post hunc ad quadragesimum succedunt, paulatim vehementiam efficaciámq; remittunt, vt qui post quadragesimum sunt, omnes prorsus languent, concoctione potius, & absessibus, quàm crisibus morbos finientes. Accidūt in his quoq; per excretiones interdū iudicia, sed rarò, nec magnā habent vehementiam. Et frequenter pluribus diebus iudicia complentur, maximè quū in absessum finiunt. Atque alios quidem qui post quadragesimum habentur, Hippocrates plane contemnere videtur: sexagesimi tamen & octogesimi, & centesimi rationē habet. Ab iis alios quidem septem mensibus, alios septem annis finiri ait, alios verò, vt verisimile est, in binis annorum hebdomadis & ternis. Non desunt qui etiam quadragesimisecundi & quadragesimiquinti, insuper quadragesimioctaui, & quorūdam aliorum dierum meminerunt, de quibus vniuersis sermo nobis futurus est.

CAPVT XI.

ITaque plurimis medicis impossibile videtur præsagiri diem quo de morbo decer

cernetur. Re vera tamen impoſsibile non eſt, ſi quis accuratè Hippocratis ſpeculatione lecta, artem tractare audeat. At ſi vel priuſquam edidicerit, apud ægrotos verſetur, nihil amplius ager, quàm operam fruſtra ludet: vel ſi ipſam diligenter didicerit, operari verò neglexerit, longe quidem altero, qui non antea didicit, melior: abeſt tamen permultum is quoque à perfectione. Quapropter qui præſcius eſſe cogitat diei de morbo iudicaturi, huic in primis adamuſsim cognoſcenda ſunt quæ Hippocrates in opere prognoſtico tradidit: deinde quæ de conſtitutionibus in aliis libris memoriæ prodidit: poſtea de ætatibus, naturis, anni temporibus, & locis: quorum nonnulla etiam in Prognoſtico perdocuit. vbi iam hæc edidicerit: pulſuum cognitionem adiungens, facili negotio iudicij diem præ-

* *In veteri græco codex pro οὔ ϖω legitur ϗδε, id eſt, iam & ſic quo que habetur in antiq. tranſlatione.*

noſcet. Vbi ſiquidem morbus acutus nullum periculoſum ſignum referat, & quarto die euidens quædam concoctionis nota comparuerit, ſeptimo criſis futura eſt. At que hæc breuibus *ita] explicata ſunt longe veriſsima. Porrò ſi quis lethalia ſigna, periculoſa, & ſalutaria ignoret, nihil ex hoc ſermone promouebit: quanquam ſi hæc quoque cognoſcat, coctionis autem notas ignoret, etiã nihil hinc frugis relaturus eſt.

Hu

Huius rei gratia Hippocratis præsagiorum opus relegendum præcepi: nam periculosis symptomatis præsentibus vnà cum concoctionis nota quarto die apparente, iudicium, si paribus diebus accessio fiat, sexto expectandum est: quòd si hunc excesserit, octauo, si in imparibus diebus, septimo. Bonis signis apparentibus, septimo die morbus discutietur. Etenim lethalia signa cum notis concoctionis nũquam euenerint. Hæc autem non minus quàm periculosa, & salutaria inspicienda sunt, quia si quarto apparuerint, septimo aderit mors. Dictum est hoc nominari crisim malam. Animum hic aduertas necesse est lethalium signorum tum magnitudini, tum copiæ. Si nanque multa magnáque die quarto euenerint, accessionibus distinguendum erit de morte futura: ad hæc cognoscendum hominem sexto die moriturum esse, modo accessio diebus paribus facta sit: si imparibus, septimo. Interdum sextus hominem iugulat, etiam si accessio contigerit in imparibus, propter morbi celeritatem, magnitudinem, & sympromatum in quarto die euenientium copiam. Quamobrem accidentium magnitudo, quæ ex potentia sumitur, exacte dignoscenda est: verùm quomodo hæc ab illa, quæ ab imaginatione æstimatur,

matur, distinguenda veniat, in libris De crisi narratur. Omnia in omnibus confundere & conturbare non oportet: sed quantum ad dies tantum decretorios proprie pertinet, huc transferendum est. Quum enim accurate admodum acutos morbos obseruassemus, quartum diem septimi esse indicem ex sua natura deprehendimus. Ex sua natura, inquam, hoc est, si nullum rarum & magnum incidat, vel extrinsecus, vel ex ipsa morbi conditione, vel etiam ægrotantis habitu, quartus omnino septimum indicat. Cæterum si quid extrinsecus præter opinionem accidat, quo de postea mentionem facturi sumus: vel morbus vehementer, vel obscure ad iudicium propellatur & ægrotantis vires aut validæ, aut imbecillæ extiterint, attendendum est, distinguendúmque æger periturúsne sit ante diem septimum, an post hunc de ipso decernetur. Siquidem vbi malum aliquod extrinsecus præter spem euenerit, & morbus non simpliciter acutus, verùm peracutus sit, ad hæc vires ægri imbecillæ: signum malum, quod in quarto die apparuit, septimum diem non expectat, verùm sexto æger huiusmodi morietur, præsertim si paribus diebus accessiones acceperit. Quòd si nihil extrinsecus erratum sit, & morbi motus haud

ita

ita præceps ac velox, & æger validus: si quidem manifestum in quarto die malum indicium fuit, septimo interitus comitabitur: Si verò obscurum, excedet hunc quoque. Iam verò si accessiones paribus diebus contingerint, octauo: si imparibus, nono æger decedet. Quæ porrò manifesta, quæ obscura indicia vocitem, in libris De crisi* demonstratum est.] Quinetiam in hoc sermone procedente indicaturi sumus. Prius autem ad reliquas definitiones reuertor. Appareat enim euidenter bonum in quarto die signum, nullius periculi circa ægrotum sit suspicio: fieri non potest, quo minus septimo die fiat iudicium, si nihil extrinsecus peccatum fuerit. Committuntur autem quædam peccata ab ipso ægroto videlicet, quædam à medicis his admirandis, putantibus, nisi quis introgressus ad ægrum, deinde succingens se, vel cataplasma imposuerit, vel perfuderit, * vel aduserit,] vel clysterion indiderit, vel venam inciderit, vel cucurbitulas adiunxerit, vel confricuerit, vel nutrierit, aut huiusmodi aliud factitauerit, nihil ab ipso gestum esse artificiosum. Hi enim quoties ægrum accedunt, toties peccant. Non igitur iudicium in septimo die ad quem paratum erat, fieri potest, tot interea erro-

In vetere cod. additur ἀκρι βεστέρου et προεῖρηται, id est demonstrabitur.

Ant. hæbet cautenam rizat.

ribus admiſsis. Quãdoquidem naturæ motus ſtatutis periodis pro ſui ratione contingit: interim ab exterioribus peccatis circuitus ſeruare prohibetur. Sic itaque Hippocrates vndequaque admirabilis inquit: Natura omnino ſufficit. Peccatur in hanc extrinſecus cataplaſmate, inunctione, & totius & partis fotu. Sic etiam medicum naturæ miniſtrum appellat, re vera medicum, non pharmacopolam quendam ex triuio. Tantum enim hic à iuſta naturæ miniſtri appellatione abeſt, vt etiam maximè contrarium nomen ipſi magis conueniat, inimico videlicet & naturæ ipſius, tum ægro tantium hoſti iure appellato. Quapropter nos meritò, quum quiſpiam de ægro aliquo euentum iubet prædicere, cum diſtinctione id facimus dicentes, huic morbus ſoluetur iſto die, primum ſi victus ratione à nobis, non alio quodam medico regatur: deinde ſi nihil ipſe peccet, & faciat quæ iniunguntur omnia: poſtremo ſi nullus magnus extrinſecus error admiſſus fuerit. Quæ iam exteriora peccata ſint, quoniam hoc quoque definire pollicitus ſum, opportunum erit dicere: Vt ſi æger incendio domus accidente, aut latronibus inuadentibus, aut fluuio inundante, ſubito cogatur fugere, quanta ei noxa aduenerit,

quor

quorsum attinet referre? Simili modo si tegmen aliquod delapsum, vel parietem *sentiens] extimescat simul & fugam repente moliatur: item si per tegulam quippiam defluat, vel pluuia copiosior obortа capiti ægrotantis incidat, vel alius etiam quomodocunque ipsum irrigauerit, vt locum mutare, vigil esse, & timere, cogatur, & hoc non mediocrem, ipsi offensam conciliat. Eodem pacto vicinorum tumultus, vel alia quædam talis vigiliæ causa eueniens, aut nuncium aliquod triste pro noxæ ipsius magnitudine, etiam prædictionis perfectionem corrumpit. Vigiliæ siquidem propter ipsum morbum, intra prædictionem & crisim ægris aduenientes, nihil præsagia offendunt. Quæ verò extrinsecus inopinata veniunt, horum nihil medicus prægnoscit, vnde nec futuram inde offensam coniicere potest. nec prædictioni secundum morbi rationem factæ adiicere. Hæc itaque ipsa Hippocrates statim in Aphorismorum principio præcipit inquiens: *Oportet non solum ipsum, quæ res postulat, facere, verùm & circumstantiam ægrum, & assidentes, & exteriora. Si vt in manque, ait, disquirere quippiam & indagare ex *nostris] cogitas, ipse primum opportuna facito vniuersa: deinde æger in

* In veteri codice pro γνὺς legitur ἐγγύνυ. id est pregatur, & hoc non mediocrem, ipsi offen- pinquum. Cui lectio ni suffrasa eueniens, aut nuncium aliquod triste gatur an. pro noxæ ipsius magnitudine, etiam præ- trastatio. dictionis perfectionem corrumpit. Vigi-

*In veteri cod. legitur non ipsum, quæ res postulat, facere, verùm περὶ ἑκάστου etiam ægrum, & assidentes, & exteriora. Si vt in imnanque, ait, disquirere quippiam & inda- prestis, sed

omnibus præcipienti obtemperet, nihílque ex intemperantia peccet. Poſtea ij qui adſunt ei nihil erroris committant, vt vel iram ob delicta concitent, vel triſtitiam ex intempeſtiuis nunciis afferant, vel offenſam, quòd imperfectius in re adminiſtranda ſe gerant: ſed apparatus omnis ante iudicij tempus, prompte ſtatuatur, obſonia pulchre parentur, miniſterium rite exhibeatur. Eſt inſuper quartum genus eorum de quibus rationem habendam eſſe præcipit: nominat autem ipſum vno complexus nomine, exteriora, ac licet multiforme exiſtat, & hoc culpa vacet. Etenim pluuiæ, tonitrua fulgura, vicinorum tumultus, canum latratus, inſultus latronum, domus ruina, defluens aqua, fluuius irruens, incendia, ictus, atque eius generis vniuerſa, exterioribus attribuuntur. Hæc igitur quatuor genera, quorum partes etiam ſunt diuerſæ, dum naturæ motibus incidunt, ſubinde circuituum ordinem deſtruunt: quoniam vbi quartus dies euidens iudicij ſignum attulerit, ſi neque medicus quid peccauerit, neque æger neque miniſtrorum quiſquam, imo ſi neque extrinſecus error admiſſus ſit, ſeptimo die neceſſariò futura eſt. Ex quo innoteſcit non alium quendam eſſe qui exa-

cte præſagibit, alium qui rectam victus rationem inſtituet: ſed in eundem vtraq; conuenire neceſſarium, niſi alterum ab altero corrumpendum ſit. Quòd ſanè peccatum in victus modo quodlibet (ſic autem nomino vniuerſam morbi curationem) iudiciũ impediat, abunde oſtendimus. Quòd autem nec victus ratio proba ſine ſtatus morbi & criſis præſagio inſtitui poſsit, in medendi Methodo declaratum eſt. Si igitur hæc mutua opera perpetuo indigent, nõ alius quiſpiam medicus recte curauerit, alius exacte præſagiet: verùm quicunque optimus fuerit, is præſagiet vnà & curabit. Sed de huiuſmodi in aliis commentariis plenius tractamus. Nunc, quod ab initio ſtatueramus, ad id reuertemur. Quartus dies, quum clarum aliquod iudiciũ bonum afferat, ſeptimo die iudicium fore innuit: nullo ex iis, quos retulimus, errore interea commiſſo. At ſiquis contingat, magnitudo eius inſpicienda eſt. Si enim exiguus extiterit, erit etiam ſic iudicium ſeptimanum: verũ bono aliquo iudicio alterum contingit inferius. Dictũ eſt in prioribus, quod perfecte, ſalubriter, ſine periculo, & ſimilia, bonis adſunt iudiciis. Si maius ſit erratum, in ſeptimo die criſim fieri adhuc non permiſerit. Animus itaque diligenter adhibendus eſt hîc omnibus, &

offensæ magnitudo signis colligenda. Nã interpretari ipsam non solum difficile, sed prorsus etiam impossibile. Artificiosum vero discipulum reddere, vt hæc quoque adamussim perdiscat, possibile. Sed huius temporis non est, magis ad speculationem decrisi pertinet. Quare rursus ad sermonis, reliquum redeamus, primam hypothesim in memoriam reuocantes. Quippe positum erat decernendi signum manifestum & validum in quarto die morbi acuti, & natura salubris euenisse: deinde nullo errore commisso, bonam omnino crisim ad septimum diem futuram indicari. Si porrò leuis planè contigerit, ita quoq; in septimo euentu ram: non tamen exacte bonam. Si magnus, vt à septimo in sequentium aliquẽ recidat, attendendũ esse noxæ magnitudini iubemus: nam exacta huius regula deprehendet clare, an in nonum diem, siue vndecimũ crisis delabetur. Itaq; morbi qui prorsus sine periculo sunt, ob delicta diuturni esse solẽt: qui incolumitatẽ pollicentur, non tamẽ sine periculosis symptomatis, ob errata lethales fiunt. Quinetiam illi qui omni periculo vacant, multis magnisq; deinceps erroribus cõmissis, in lethalũ naturam incidunt nec mirũ esse puto. Quũ enim in sanis delicta grandia morborũ lethalium causæ fiunt

fiunt, quid in ægrotis expectandum est? Proinde iam clarum est, indicum & decretoriorum dierum sermonem, quem Hippocrates nos docuit, non examinari ab alio quodam in apparentium consensu posse, quàm qui ex æquo par illi victus instituendi artifex est. Hic enim solus errorum vim disquirit pernoscítque: tum solus offensæ magnitudinem, & diei iudicaturi delapsum intelligere potest. Quemadmodum verò in morbis periculo vacantibus iudicia tantum remorantur, quantam ex peccatis interim noxam ægri acceperint: ita in lethalibus præueniunt. Si enim quum dies quartus in lethali morbo signum lethale indicarit, in septimum diem mala prædicetur crisis: peccatum verò si non ita exiguum interea temporis contigerit, septimum diem crisis non expectabit: sed interim morbus iudicio malo videlicet finietur. Sed an quinto, vel sexto, tum ex ipsius morbi celeritate, tum ex offensæ magnitudine, tum ex accessionum figura definietur. Quippe quando in imparibus ipsæ fiunt, morbus peracutus est, & peccata non admodum exigua in ipso quarto videlicet, miraculum non est in quinto hominem interire. Quando in paribus accessiones eueniunt, nec morbus peracutus sit, nec errato

rum magna offensa,sextum expectat.Huiusmodi autem omnia,indicium & decretoriorum dierum speculationem confundunt:quum pauci medici recte victum præscribant,pauci ægri obtemperent,pauci suũ ministerij munus legitime obeant:pauciores adhuc,quibus nihil externi aduersatum sit.Quapropter medicum tum accurate curandi,tum præsagiendi peritum esse conuenit.Accurate verò etiam læsionis magnitudinem discernere,vt,& si aliquando iudicij diem prædicat,sed interea temporis offendi ægrum contingat,mutare ipse prædictionem possit.Hinc perspicuum euadit,quòd quicunque animo pusillus,humilisque fuerit,non solum non singula quæ recensuimus in ægris cognoscere studet,sed ne speculationem ipsam quidem edisscere sustinet.

CAP. XII.

AT generosus aliquis,verique amator,tum qui labores in optimis quibusque rebus non refugiat, neque theorematum difficultatem,neque temporis prolixitatẽ, neque exercitij laborem veritus, ad commemoratorum perfectionem veniet,vt non solum diem firmiter aliquando possit dicere,sed etiam horam ipsam,in qua ægrum quempiam liberari, vel mori necessarium est.

est. Posteaquam enim diem mortis aliquando verbi gratia, cognoueris, considerandum est inde, in quo potissimū accessionis tempore æger maxime grauetur. Si etenim statim inuadente ea refrigeretur vehemētius, vt vix ad calorem reduci possit, calor diutissime absit, pulsus exiguus, aut nullus, aut malus appareat: motus pigritia, vel etiam somnus veternosus, aut aliud quidpiam, hoc maxime tempus considerandum est. Quòd si hoc quidem moderatum fuerit, in statu autem vel delirantem, vel cum impetu exilientem vel dissolutum videas, aut febris magnitudinem non tolerantem, sed vehementer inardescentem, vertigine affectum, capite dolentem, corde, hoc est stomacho laborantem, vel id genus aliis, hoc maxime tempus esse suspicari conuenit. Porrò si principio accessionis vigoréque mediocriter euenientibus, declinatio quædam, animi deliquia, sudores inæquales, frigidos, vel circa caput solum, vel ceruicem, vel pectus inferat, pulsus obscuros, exiguósque efficiat, & his similia: hoc non mediocriter tempus obseruandum est, sciēdúmque manifesto, in pessimo accessionis tempore hominem moriturum. Atqui si hoc definitum, cognitúmque aperte sit, nullum adhuc esse negotium, mortis ho-

ram dicere: quippe quum ſecundus dies, exempli gratia, & quartus vehementiſsimã acceſsionem afferat, vel primus, tertius, & quintus: ad ſextũ diem mors prædicetur. Si verò pars acceſsionis in ipſius inſultu grauiſsima eáque ſexta hora apparet, in hac moriturum hominem non eſt operoſum dicere. At hoc † non] dico, vt quis putet nunquam tali ſpeculatione fretum falli poſſe: verùm maiore ex parte veritatem aſſequi non probabili ſermone, ſed re ipſa oſtendimus. Illud autem noui certo quoſdam, qui optimis inuident, facere. Volunt enim futurum nos ſemper prædicere, licet nullum interim ſignum firmum habeamus: quanquam aruſpicibus auguribúſque diuinare, coniiceréque concedant, quum obſcura vaticinia fuerint. Deinde ſimul quidem obſtrepunt nobis, tanquam maiorem quàm hominibus conueniat ſpeculationem appetentibus: ſimul verò in operibus tam acerbe prædictiones, vt nulla vaticinia inquirunt. Atqui non illos reſpicere, ſed veritatem ipſam, & ſignorum facultates diligenti exercitio pernoſcere oportet: quoniam ſic definire licet tuto prædicere conantem: ſi autem quid obſcurum fuerit: ſequentem diem expectare. Porrò ſi nihil in ipſo firmiter præſagire poſsimus, ſatius eſt

† *In Aldi. deeſt où ne gatio quæ habetur in veteri, & anti. etiã trãſlatio aſtipula- tur.*

tac

tacere,quàm temere pronunciantem falli. Ego sanè ex tali securitate motus,haud noui me in prædictione longo tempore errasse,& si in primo statim febris initio subinde de tota ipsius natura pronunciauerim, vel tertianam esse hanc inuadentem febrem inquiens,vel quartanam, vel quotidianam vel harum quidem nullam:†continentem] verò & acutam aliquam,quartum diem nō excedentem. Verùm in omni principio futurum cognoscere non licet,nisi quis adamussim morbi speciem perspectam referat: & hoc ad opus de crisi pertinet.

† *In græ. est συνεχῆ. i. continuam.*

CAP. XIII.

ITerum igitur ad institutum reuersi dicamus,siquis primo die acuta febre infestatur,nullum autem periculosum signum ipsi adfuerit,sed in vrinis aliqua concoctionis nota inuenta fuerit,non extra quartum diem morbus soluetur. Quinetiam si multa lethalia primo die statim deprehendantur,morietur planè non extra quartū diem. At si acute febriciter,nullum verò lethale adsit,imò nec aliqua concoctionis nota,fieri non potest vt is quartanus decedat. Distinguendum hic rursus est, vtrum sicut nulla cōcoctionis nota adest ei,eodem,modo neque tēporis lōgi vllam præter quòd cōcoctio

ctionis indicia deſunt, etiam temporis ſigna adſunt. Si nanque vt concoctionis, ita temporis omnino ſigna abſint, in ſecundo quaternione morbus ſtatū accipiet. Quòd ſi longi temporis indicium adfuerit, excedet omnino ſecundum quaternionem, hoc eſt diem ſeptimum. Cæterùm quantum extendetur, hoc non licet ſtatim ab initio cognoſcere, ſed in ſequentibus diebus diſtinguetur. Tantum autem iam præterquam vt probam victus rationem præcipias, poteris ex dicta prænotione cognoſcere, ſcilicet tantum alimenti modo conuenire, quantum ſtatu pòſt futuro. Quum enim morbus peracutus eſt, ſtatim etiam extremos labores habet, in quo tenuiſsima victus ratione vtendum eſt. Quum autem ſecus eſt, paulò pleniorem victum tantum admittere conuenit, quanto morbus extremis mitior clementiórque ſit. Extrema ſtatum morbi appellat: ſiquidem peracutum quoque morbum extremos labores ſtatim habere dicit, hoc eſt acceſsiones & ſymptomata: id autem aliud nihil eſt quàm morbum vigere. Talem iam morbum à principio ſtatim quòd ſecundum quaternionem exceſſurus ſit, indicantem ſecundo & tertio die accuratius intellexeris, in quam tam temporis prolixitatem extendetur. In

quar

quarto vel proxime conieceris futurum ſtatum, & criſim. Nam ſi cruditatis ſigna & temporis nihil mentione dignum referunt, etiam tertio quaternione longius ægritudo extendetur. Enimuerò ſi claram aliquam mutationem faciat, non tamen iam ſignum aliquod concoctionis in primo quaternione appareat, in tertio quaternione criſis expectanda eſt. At ſi crudus adhuc videatur in ſeptimo die, non tamen inſigne quoddam, & magnum temporis indicium habens, ſperandum in quartum quaternionem, hoc eſt, in decimumquartum diem criſim eius extenſum iri: definiendum verò eſt exacte in vndecimo: vt enim quartus ſeptimi, ſic vndecimus decimiquarti index eſt. Vbi verò clarum aliquod & fidum adamuſim ſignum concoctionis iam antea innotuerit, in decimoquarto iudicium fore ait: obſcurum ſi eueniat, aliis attendendum eſt. Si nanque morbus celerem motum obtineat, & aliorum nullum obſtet, forſan etiam decimuſquartus decernet: ſin minus, in decimoſeptimo criſis erit. At ſi nihil in vndecimo prorſus ante fuerit indicatum, in decimoquarto indicium eſſe nequit. Conſiderandum hic totius morbi motus aliáque ſymptomata omnia & iudicia, vtrum decimoſeptimo, vel

vel etiam octauo crisis speranda sit, an longius progressura. Interdū enim in his quoque iudicatur, plerunque vigesimo, interim in vigesimoprimo. Index autem amborum est decimusseptimus, & magis vigesimi, decimusoctauus autem vigesimiprimi. Porrò si morbus quispiam mox ab initio non adeo celeriter moueatur, sed velut comburens inuadat, & alia signa longioris temporis adsint, huius statum præsagire in principio nemini licet: verùm quòd non intra decimumquartum diem crisim accipiet, liquido constat: quousque verò extendetur, non constat, sed distinguere oportet prius, an periculosus sit, vel non. Si periculosus est, & præterea vires ægri, imbecillæ, mors antequàm in longum extendatur tempus, præuertet: Si periculo vacat, procul omnino crisis est, non enim celeriter iudicari potest nota longi temporis index. Quantum igitur tempus adamussim ei accedet, non modo non primo die, aut secundo aut tertio, sed ne quarto quidem inuenire absolute sperandum, verùm in decretoriorum dierum sequentibus periodis perspicuum est. In secundo quidem quaternione latior est coniectura, in tertio accuratior. Quòd si enim ad septimum vsque diem, cruditatis & temporis indicia vehementiora compareant,

reant, ante vigesimum diem crisis esse non potest: Si moderatiora eueniunt, aut permanent æqualia, potest. Itaque si ante vigesimum diem decerni non posse manifesto noueris, idque temporis notis vehementibus, inspice tertium quaternionem: & si adhuc temporis, cruditatisque signa in hoc intendãtur, procul à vigesimo die crisim productum iri spem habeto. Aequalibus signis manentibus, hic quoque post vigesimũ venturam dicere licet: diem verò ipsum cognoscere iam non est: tertius autem & quartus quaternio eum indicabit. Si nanque semper magísq; cruditatis signa exoluantur, primo post tertiam septimanã quaternario crisim morbi sperato, si nulla insignis mutatio fiat, in quartam hebdomadem progredietur. Morbi autem, qui ad decimumquartũ crudi omnino sunt, & tardius quodammodo mouentur, non citius quadragesimo finiũtur. Post quadragesimum verò dissolui iudicia, & maxime lentis concoctionibus, potius quàm subitis mutationibus morbos solui, & nobis quidem prius dictum est: & aliis omnibus, qui artis opera in obseruatione habent, sic videtur, vt etiam Archigeni. Accidunt aliquando in his quoque præcipites mutationes, quemadmodum

in

in ægris ab Hippocrate deſcriptis inuenias. Præſagiendi verò ipſorum methodus hæc eſt. In ſumma enim ſignorum vires cognoſcere oportet, ſicut Hippocra. etiam præcepit, ſi quis præſagiendi peritus exacte futurus eſt. Plerique medici, qui huiuſmodi ſpeculationem audent attingere, ad ſignorum numerum, non poteſtates reſpiciunt. Sed hæc in opere de criſi tractantur. Tempus autem fuerit diſcordiæ ſermonem aggredi, & experientia ac ratione eum explorare. Has ſiquidem alibi etiam oſtendimus omnium quæ in medicina diſquiruntur, eſſe iudices.

*

CL. GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS, LIBER SECVNDVS,

✲

IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.

Quæ in secundo libro de Diebus decretoriis continentur.

*

Quòd dierum decretoriorum nonnulli quidem sunt secundum periodos, nonnulli verò concidunt ipsis periodis.

Periodi maiores sunt & minores.

Periodorum maxima & perfectissima est quæ tribus septimanis completur vigesimo die: tardissima quæ quaternione: media inter vtranque quæ septimana.

Quòd morborum nonnulli quidem simpliciter

acuti, aliqui autem vt diuturni, quidam verò horum medij ex decidentia acutorum dicuntur.

CAPVT I.

VANTA sanè * ex diebus decretoriis] Medicinæ operibus commoditas adueniat, superiori commentario vniuersim ostendimus. Cur autem non omnes eodem modo de omnibus scripserint, dictum est hoc quoque antea. At quo pacto nonnulli ipsorum errauerint, alij rectè senserint, nondum expositum. Hoc itaque primum nunc repetendum, deinde causa explicanda erit, ob quam neque omnium dierum numerus est decretorius, neque decernere nati eandem habent omnes potentiam. Porrò quum vniuersæ Medicinæ artis speculationes, aliæ experientia, aliæ ratione, aliæ vtroque inueniantur, probentúrq; : conabimur hic quoque ambobus instrumentis erratum deprehendere, rectè scriptum laudare approbaréque. At quoniam mentiri fortè cupiam videar, si ex ægris à me obseruatis prædictos dies ab vsu commendari tibi persuadere coner : satius esse duco, illos quos Hippocrates, vir vt cæteris fide dignior, ita

omnium

**In græco impressis deest* περὶ τῶν διορισίμων ἡμερῶν *quod habetur in veteri.*

omnium consensu decernendi peritissimus, animaduertit, sermoni apponere.

CAPVT II.

ET primum quidem confusum ac indefinitum experimento (cuius & ante memini) ad definita reducam. Dictum est in ipsis, primum vnum certè, dierum puta decretoriorum inquisitionem in omnibus deinceps ægrotis fieri, nõ esse necessarium: illos tantum numerandos, probandósque, in quibus nec ipse Medicus, nec æger quid peccauerit, imò nec * præsentes, aut etiam extrinsecus offensa quæpiam obuenerit. Deinde morborum initia non ex ratione quapiam, sed ex ipsa actione capiẽda, quum primum æger ipse manifesto sensit morbum sic eum inuadentem, vt præsentem quempiam Medicum de hoc consulere desiderarit. Tertium, quum in plures se ordine consequentes dies crisis partita sit, cuius propria dicatur, posse dignoscere. Nisi enim quispiam his definitis experimento decretorios dies disquisiuerit, vehementer errabit, & quidem in experientia ipsa iudicium tale est. Ratione verò quemadmodum iudicari ipsam experientiam conuenit, post hæc enarrabo. Naturalem esse conuenit, qui hæc iudicet: & persuasum habere, naturam prorsus sufficere, & summa quadam

* *In Græ. est*, παρόντων, *id est*, ἀσθενούντων.

prouidẽtia corpori noſtro proſpicere: item propriis etiam moribus ordinatis, ſi quid aliud, ita & ipſam vti. Horum quædam ex libris de particularum vſu ratiocinari licet: oſtenſum enim eſt ibidem ſummum naturæ in animali fingendo artificium: quædam in conceptuum incremento, perfectione, & partu. Nam cuiuſque animantis conceptui ſuum generis ſtaturum tempus exactè ſeruatur, natura videlicet ordinatos morus ſemper habente. Sic etiam poſt editionem ſeu partum vnumquodque animans increſcit, abſoluitur, & declinat præfinitis temporibus. Iam verò, qui libros perlegerit de Facultatibus naturalibus, itẽ alios quos particulatim de ſingulis naturalibus actionibus conſcripſimus: perſuaſum opinor habebit, quantum prouidentiæ ſimul & ordinationis naturæ motus habeãt. Si iam hæc crediderit, miretúrq; artificium pariter & ordinem naturæ, recordatus iterum quantum ipſa ſuperetur prouidentia & ordine à cœleſtibus: inordinationem quandam, puto, ſubſtantiæ noſtræ motui connatam tribuet: atque pulchrum omne, quod hic pulchrum ſit, atque etiam ordinatum, & artificioſum, ex ſupernis naturæ innaſci intelliget: inordinatum, & erraticum ex materia quæ hic verſatur, prouenire.

re. Atque hæc primus omnium, quorum memoria ad nos peruenit, Græcorum Hippocrates credidit: post eum Philosophorum præcipui. At nisi sermo in longum proueheretur, demonstrationes forsan, quas dicunt, ad fidem prædictorum dogmatum adduxissem. Verùm hæc præsenti sermoni sufficiunt. Expedit igitur Medicum, qui Hippocratis arte dignus futurus est, si quid aliud, hoc certè persuasum habere experientiam iudicare, naturam, rem quandam esse ordinatam: & quum materiam superauerit, proportionibus quibusdam definitis, & periodis ordinatis motiones ipsius fieri. At quæ præter rationem incidunt aliquando, ordinémque confundunt, tunc ipsi obueniunt, quum non planè materiam vicerit, sed impeditur ab ea, prohibetúrque suis proportionibus moueri. Hoc enim si tibi persuaseris, ac dein experientiam perdideris, septimo die crisim esse tutam simul & perfectam, sine periculo, notabilem, & crebram: ad hæc ei quæ decimoquarto euenit, assimilem: insuper quartum diem septimi esse indicem, undecimum verò decimiquarti: subibit statim de septimo considerare quippiam. Vbi enim prima hebdomada bifariam diuisa, quartus sectionem recipiens, qualis finis futurus

erit, prænuntiat, & ſecunda ſimiliter, quomodo non quis intelliget ſeptimanam quanque perfectam eſſe periodum? quum medium ab vtroque extremo æquo diſtet, & propterea quoque ad ambo communionem ſimilem obtineat? Nam quartus morbos qui primo die non ceſſarunt, ſoluit: vndecimus rurſum, quos ſeptimus non diſcuſsit. Quòd ſi morbus maior ſit, quàm quarto die criſim accipiat, ſolutio ipſius in eodem apparabitur: finis ſeptimo adiicitur. Pari modo, qui ſeptimo non deſierunt, vndecimo die natura ſoluere molitur. Atque ſic in ipſo vel decernit, vel decimoquarto præparat. Ego quidem hic in ſpeculatione ſiſto. Numeri verò ipſi agere nati ſint, an ordinatos motus ſequantur non agentes ipſi, verùm ſubſtantias quæ in temporis quodam ſpatio agunt, comitantes, Philoſophis conſiderandũ relinquo. Quum ergo id quis cœperit, quod vtriſque communiter in confeſſo eſt, videlicet cœleſtes ſubſtantias ſemper ſuis motus proportionibus vſas apparere: iam verò & in terrenis animantibus, quando exacta fruuntur valetudine, aliud aliam imprægnationis partus, incrementi, perfectionis, vigoris, inclinationis, & diſſolutionis numeri proportionem poſsidere, crediderit nimirum

&

& decretorios dies numerum ordinatum habere: interim hunc in morbis ex dispositionibus naturæ contrariis confundi. Nam si, vt ante dixi, ad experientiam deuenerit, septimanas nimisquam potentes inueniet, proximè his quaterniones: inspiciet autem dies intercalarios, tertium puta, quintum, sextum, nonum, qua ratione fiat, vt decernere possint. Ad hæc magis inquiret, inuestigabítque diem septimumdecimum, decimumoctauum vigesimum, vigesimumprimum, omnésque deinceps his respondentes. Si etenim in vigesimum diem tres septimanæ finiunt, vt Hippocrates arbitratur, oportet indubiè decimumseptimum vigesimi esse indicem: excidere autem è primo dierum decretoriorum ordine, decimumoctauum, & vigesimumprimum. Porrò si integræ hebdomades connumerandæ sunt, decimusoctauus vigesimiprimi index erit: * rationem verò nullam decretoriam habebunt decimusseptimus & vigesimus dies.

* Ἑβδόσὴ legitur in Græ. cod. impreßis λόγον οὐδὲν ἀκρίσιμον, pro λόγου οὐδενὸς τῶν κριτίμων.

CAPVT III.

PRimum itaque quomodo experientia hos commendet, percenseamus: deinde sic ad rationem perueniamus. Cæterùm experientiæ mentionem ab Hippocratis

ſententia ſumemus, auſpicati à primo libro de morbis vulgaribus. Scripſit itaque de morbis, qui ex ſecunda aëris mutatione » prouenerunt, hunc in modum: Febres ar- » dentes pauciſsimæ ortæ ſunt, miniméque » his obnoxij, laborarunt. Neque enim ſan- » guinis profluuium niſi exiguum adeò, ſdq; » paucis accidit, neque deliria, reliqua o- » mnia facilè tulerunt. Criſis conuenienti ad- » modum ordine plurimis his contigit de- » cimoſeptimo die cum remittentibus. Dein ad finem tertiæ conſtitutionis exquiſitius adhuc de iis qui decimoſeptimo die iudi- » cati ſunt, ita pronuntiat: Quæ circa iudi- » cia vnde cognoſcimus ſimilia, aut diſsimi- » lia ſunt: quippe fratres duo Epigenis eadem » ſimul hora febricitare inceperunt, decu- » buerunt iuxta theatrũ. Natu maioris mor- » bus, ſexto, iunioris ſeptimo die iudicatus » eſt, remiſit diebus quinque alterum, ſex al- » terum. Inde eadem vtriſque hora ſimul re- » uerſus eſt. Poſt vniuerſus morbus vtrique » pariter decimoſeptimo die in criſim inci- » dit. At hoc nondum fidei ſatis forſan ha- » bet, quòd decimum ſeptimum diem ordini » decretorio annumerandum, aut inde reii- » ciendum eſſe credamus, quòd duos iudica- » uerit. Adhibeamus igitur animum iis quæ » deinceps dicuntur: Plurimis ſexto die iu-

dicium

dicium de morbo euenit. Remissiones eius « diebus sex durarunt. A' reditu quinto die « crisis subsecuta est. Hoc iam memoratu « dignum est, si & in secunda aëris constitutione septimodecimo nouit permultos ad iudicium peruenisse. Item in tertia non solum fratres duos, verumetiam alios complures sexto die crisim sustinuisse primùm ait: deinde febrim eos sex diebus remisisse: postea crisim accessisse die quinto, hoc est, decimoseptimo à morbi exordio. Sed his subiungit: Quibus septimo die crisis aduenit, septem quoque diebus remissiones habuerunt. Post recidiuam tertio iudicati « sunt, hoc est hi quoque in vniuersum de- « cimoseptimo. Post hæc rursus: Quibus iu- « dicium quinto die obuenit, & febris se- « ptem diebus remisit, deinde reuersa tri- « duum eos exercuit, rursus die vno remisit, « altero rediit, & his decimoseptimo die de « morbo iudicium cõtigit. Quinetiam alios « quosdam sexto die crisim passos scribit, sex item diebus morbum remisisse, dein reuersum tribus diebus occupasse: postea remisisse rursus die vno, altero ipsius recidiuam accidisse, tandem decimoseptimo solutum. Verùm alios quosdam sexto die iudicatos esse commemorat, septem diebus morbum cessasse: post hoc

repetisse, & quarto die, hoc est in summa decimoseptimo crisi fuisse discussum. Cæterùm quum non contentus Hippocrates, etsi posset ostendere decimiseptimi diei fortitudinem in iudicio, intulit huic
» sermoni: Nulli ægroto hac ratione recidi-
» uam esse factam cognoui. Quare non solum frequenter decernere decimusseptimus, sed etiam firmiter idoneus est. Non igitur ex coincidentibus, sed validis, & primis annumerari debet. Atqui si ex illis est, proportionem quandam ad decimumquartum seruari, rationi est consentaneum. Si itaque coniunctum quaternionem cogitaueris salutarem, vt in decimoquarto incipiat, in decimumseptimum desinat, habuerimus sic salutarem periodum. Si porrò disiunxerimus vt decimusquartus secundæ hebdomadæ finis, incipiat autem à decimoquinto tertiam, non ad septimumdecimum sic, verùm ad decimumoctauum primus tertiæ hebdomadæ quaternio perueniet. Atqui si hoc verum est, tertia septimana in vigesimumprimum necessariò finiet: quemadmodum si etiam decimumseptimum statuerimus primi in tertia septimana quaternionis finem esse, ad vigesimum diem huius septimanæ finis producetur. Merito igitur Hippocrat.

pu

putauit ſicut ſeptimum decimum experientia inueſtigauit, ita & vigeſimum experientia explorandum. Quum enim decretorius inuentus ſit, maximum decimiſeptimi diei teſtimonium erit. Vbi ex decretoriorum dierum numero deciderit, vel planè à vigeſimo primo ſuperetur, quæſtionem non exiguam mouebit. Ratio ſiquidem eſſe videtur decimum ſeptimum fortiorem decimo octauo: vigeſimum imbecilliorem vigeſimo primo eſſe. Quapropter poſt illa quæ de ſeptimo decimo in primo libro Epidemion ſcripſit, hunc in modum ait: Quibus ſub auribus ipſis parotides ortæ ſunt, vigeſimo die criſim habuerunt. Deſcendere autem omnibus quibus in pus verſæ non ſunt, verùm ad veſicam declinarunt. Atque de hoc ſatis. Iterum: Quibus ſeptimus dies iudicium attulit, nouem diebus remiſsiones fuerunt: poſt repetitionem morbi quarto die criſis aduenit: in vniuerſum videlicet vigeſimo. Ad hos deinceps addit nonnullos, quibus ſeptimo die criſis apparuit: ſex diebus remiſsiones: mox repetitio morbi, deinde ſeptimo iudicium: ſummatim vigeſimo accidit. Poſtea paululum progreſſus, Sunt, ait, qui vndecimo die criſim exceperunt, repetitionem decimoquarto, criſim abſolute

» te vigesimo. His deinde subnectens: Si ve-
» rò, inquit, nonnulli irrigauerint in vigesi-
mo, his iudicium quadragesimo accedit.

CAP. IIII.

*In veteri codice, pro ὁρας σύμει legitur ὁρᾶς ἑπτα. id est, vides existimo.

VIdes* hic mihi rursus viri diligentiã. Nouit enim siquis validis decretoriis, hoc est, qui in quaternionibus & septimanis augentur, decimumseptimum & vigesimum ascribat, cogetur statim & quadragesimum attribuere: quemadmodum & vigesimumquartum & trigesimumprimum, si vigesimum apponat, statim nimirum cogetur decimumquartum, decimumseptimum & quadragesimum adiicere. Quinetiam quadragesimum siquis valide iudicantibus attribuat, liquet etiam decimumseptimum, & vigesimum esse annumerandum. Etenim vsque ad decimumquartum nulla de diebus est inter medicos dissensio: verùm sequentium hos ordo totus ab illis confunditur: quia nonnulli non adeò experientiæ mentem, sed rationi soli adhibent: quo factum est, vt integras hebdomadas putent esse complicandas. Postea quum sic vigesimum primum fortibus decretoriis adiungant, necesse est ideo decimumoctauum quoque, & quadragesimum

mum ſecundum eos aſcribere: hunc quidem vt ſeptimanas ſex complentem: illum vt vigeſimi primi indicem. Porrò hac ratione decretoriorum dierum exploratio magnam operam non deſiderat. Si nanque totus dierum à decimo ſeptimo ordo validior appareat, bifariam ſinguli dies fidem habebunt, ex propriis experimentis, & aliorum teſtimonio. At ſi rurſus à decimo octauo numerus frequenter decernere inueniatur, & perfecte, & firmiter: tum qui ſeptimum decimum ſequitur, imbecillior apparebit. Quod quum intellexiſſet Hippocrates, omnes omnibus contulit decimum ſeptimum (hinc enim diſcordiæ initium inter medicos ſuborum eſt) decimo octauo: vigeſimo, primum & vigeſimum: pari modo vigeſimum quartum vigeſimo quinto: rurſus vigeſimum ſeptimum, vigeſimo octauo: & trigeſimum primum, trigeſimo ſecundo: trigeſimum quartum trigeſimo quinto: quadrageſimum, quadrageſimo ſecundo. Quem verò ordinem experientia probet, in Epidemiis, hoc eſt, in opere de morbis publice graſſantibus, indicauit, eadem ipſa aſcribens, quæ paulò ante citaui, aliiſque in commentariis. Atque tertiæ conſtitutionis mentionem faciens, hoc fere modo ſcribit: His frequenter vndecimo die cri

crisis aduenit: sunt quibus vigesimo contigit. Dein ægris nominatim citatis, Herophontem ordine tertium post tres aëris status scriptum, decimoseptimo die iudicium accepisse ait. Quartam mortem Philini vxorem vigesimo die oppetiisse. Post hanc Iphicratis vxoris meminit, de qua ad finem totius historiæ hæc verba apponit:

» Quadragesimo bilem modicam vomuit
» octogesimo febris perfecte soluta est. Se-
» xtum ordine Cleanactidem in libri huius
» calce adducit. Octogesimo rigore infesta-
» tus est: febris acuta eum prehendit: sudor
» multus subsecutus: in vrinis, rubrum & læ-
» ue residebat, perfecte morbus finitus est.

Decimus æger est Clazomenius, quem & ipsum quadragesimo die liberatum per crisim esse scribit. Atqui dies quadragesimus ex secta decimiseptimi est, quemadmodum octogesimus. Conueniebat autem quadragesimum secundum esse decretorium. Quòd si dierum computatio secundum septimanas integras fieret, non quadragesimus, verùm quadragesimus secundus, dies decretorius inueniendus erat: sic non octogesimus, sed octogesimus quartus. Quare decimiseptimi diei ordinem altero longe fortiorem esse nemo ignorat: non tantum quòd multos in eo crisim accepisse recen-

set

set Hippocrates, sed quòd nec decimioctaui, nec vigesimiprimi, nec vigesimiquinti, nec vigesimioctaui, imo nec trigesimisecundi, nec trigesimiquinti, nec quadragesimisecundi, nec sexagesimitertij, nec octogesimiquarti meminit. Nam in tot ægrorum cathalogo, quos partim nominibus propriis adduxit, partim summa quadam comprehendit in vnoquoque aëris statu, nullum ex commemoratis diebus decretorium esse inuentum, manifestam alterius ordinis eminentiam indicat. Quum enim ex hoc ordine multi sæpe perfecte, firmiter, bene, recte, inueniantur iudicasse: ex altero ne vnus quidem in toto primo Epidemion libro, qui tuto decreuerit, nedum perfecte, vel salubriter, vt non occidat, insignem alterius eminentiam esse putabimus. An igitur in primo sic, in tertio aliter scriptum reliquit? Nam & illic ex secundo aëris statu ægrotantium mentionem faciens, in summa dixit omnes ferè superstites octogesimo iudicatos esse: & per Iouem nonnullos ipsorum probe & notabiliter, non vt ægrum tertium, quem in libri principio descripsit, in Delearcis horto decumbentem. Quid enim ait? Quadragesimo die pituitosa recrementa, alba & copiosa deiecit: largiter sudauit: in totum, absolut

lutè morbus finitus est. Quosdam verò, qui in longum nimis morbum inciderant similiter & ipsos ratione vigesimi diei sæpius aucti crisim accepisse: quemadmodum nonum ægrum ex aëris intemperie Heropython centesimo & vigesimo die de morbo iudicium perfectum habuisse refert Hippocrates. Sic aliquos vigesimoquarto die, & vigesimoseptimo, item trigesimoquarto leuatos esse bene simul & tuto & perfectæ memoriæ prodidit. In vigesimoquarto sanè decimum ex aëris statu ægrotum hoc
» fere modo scribit: Vigesimoquarto die vri-
» nam misit copiosam, albam, in qua mul-
» tum subsidebat. Sudores calidi è corpore
» toto manabant: vnde febris discussa est.
Ab vigesimoseptimo die puellam in Abderis & ipsam sudore largo prorsus febre liberatam esse refert. Hanc autem post aëris intemperiem ægrotasse septimam commemorat. Porrò trigesimoquarto die octauum ex aëris statu ægrum Anaxionem sudore quoque ipsum febre prorsus leuatum fuisse percenset, fidámque ei crisim obtigisse. Cæterum nullus hoc libro in altero quodam decretoriorum dierum ordine crisim accepit. verùm Delearcis vxorem in vigesimoprimo decessisse commemorat: nec vllum in aliquo die, qui in decimi-

octa

octaui secta continetur, superstitem mansisse. Dicitur itaque secundo significatu, vt prius interpretati sumus, non solum superstes, verùm mortuus etiam crisim accepisse. Sed, vt retuli, non modo in eis diebus nemo seruatus est, sed ne mortuus quidem, si Delearcis vxorem excipias. In altero ordine complures seruati: quanuis nonnulli etiam vita defuncti: quemadmodum mulier, quæ in Cyzeco binam fœminam prolem peperit, decimoseptimo die periit. Adolescens autem in Libya, omnium postremus ab Hippocrate citatus vigesimoquarto interiit. At Hermocrates tertius à principio vigesimoseptimo die fatis concessit. Apollonius autem in Abderis decumbens, decimustertius ex aëris intemperie ægrotus scriptus, trigesimoprimo periit. Vt igitur septimo die & vigesimo complures interire vidit: quippe quum dies ij qui validam virtutem habent, non modo seruent, sed etiam interimant interim: sic vnumquenque eorum quos recensui, conspexit nunc seruantem aliquos, nunc occidentem. Iam verò secundum ex aëris circunflui statu ægrum octogesimo interiisse ait, & primum centesimo vigesimo: sicut arbitror, ex prima aëris intemperie laborantem, decimoquarto die

mortuum esse. Tres autem ante ipsum septimo die periisse. Quid opus est multis verbis? Nullum enim nec in primo, nec tertio Epidemion libro, vel superstitem, vel mortuum in ordine dierum, qui à decimooctauo numerantur, inuenias. Sed omnes iudicati sunt in diebus, quos vniuersus medicorum chorus decretorios esse consentit, nempe iis qui à primo ad decimumseptimum ascendunt. Porrò qui decimumseptimum excesserunt, illorum vnus tantum vigesimoprimo interiit. Proinde hæc sufficiunt ad demonstrandum Hippocratem non ratione quadam persuasum, vt decimumseptimum decretorium esse statueret, vigesimo autem primo efficaciam adimeret: sed vsu & experientia doctum, causam inquisiuisse. At quoniam secundus, quartus, & sextus Epidemion liber vel ipsius Hippocratis est, vel eius filij Thessali: pauca etiam inde sumemus. Inueniemus siquidem & hic in secundo, vigesimum & quadragesimum, decretorios esse ab illo positos: sed nec vllum quemuis ei respondentem. In quarto, omnium sic morborum mentionem facit, raro videlicet ad vigesimum peruenisse, excesisse autem semel vigesimumquartum.

*In græ. impressis ἐπιλυσιμῶν id est vulgarium in veteri codice habetur ὀξέων, id est, acutorum.

tum. Vnde iam vigesimumprimum, & quartum iudicasse de morbis licet intelligere: non tamen alterius ordinis quenquam. Quinetiam in sexto Epidemion paucos tum ægros, tum aëris status commemorat: neque hic quenquam in alterius sectæ diebus iudicatum esse nouit. Si iam & quinti libri meminisse conuenit, cuiuscunque fuerit, hic etiam quinquaginta sunt vniuersi ægri: nullus autem ipsorum vel decimooctauo, vel vigesimoprimo, vel vt summatim dicam, in alio quodam huius generis die iudicatus fuit. Quum igitur ipsa experientia decimumseptimum & vigesimum diem, insuper qui ipsis respondent vniuersos decretoriis apponat exacte, nonnulli medici qui non adeò euidentibus animum aduertunt, ad perfectæ hebdomadis numerum, tanquam ad faciliorem viam deuenerunt. Deinde quum etiam iudicatum aliquē in vigesimoprimo conspexerint, multo sanè magis opinionem suam confirmarunt.

CAPVT V.

ETenim vt discernas cuiusnam diei proprium sit iudiciū, quū in plures partitū fuerit, distinctione opus est, quēadmodum

in ſuperiore libro demonſtratum eſt. Contingit autem morbis inuereraſcentibus & iudicia perturbationis vehementiam, & immutationis breuitatem remittere, & ad duos ſæpe dies vel tres extendi. Promptum eſt igitur in hoc criſim cuicunque ex tribus diebus volueris attribuere. Multi ſiquidem medicorum ne vel numerare poſt decimumquartum dignantur, quot iam diebus æger decumbat, præſertim ſi dum febris ſoluta interea eſſe videatur, denuo repetat. Nonnulli verò, etſi numerauerint, iudiciorum in plures dies partitionem indiſtincte & temere cui dierum volunt, annumerant. Quapropter Hippocrates etiam aliquando ſeptimum, vel vndecimum, vel decimumquartum de morbis iudicaſſe tradit, interim vigeſimum, vel quadrageſimum, vel alium quempiam: quemadmodum in prima & ſecunda conſtitutione primi Epidemion. In prima enim ait: » Quibus breuiſsimi morbi fuerint, ijs vi» geſimus: plurimis quadrageſimus: non pau» cis octogeſimus criſim attulit. In ſecun» da conſtitutione. Sunt quibus vigeſimus » dies decretorius extitit, verùm paucis, qui» búſque breuiſsimi morbi fuerint. In ter» tia. Sanguis fluere in vigeſimoquarto mo» dicè cœpit, & abſceſſus in ſanguinis fluo-

rem

rem per crisim versi sunt Antiphonti Cri- «
tobulo. Iudicium is quietémque morbi «
quadragesimo die perfecte consecutus est. «
Sed horum ab initio statim non memini,
quum ex primo Epidemion quoque appo-
nerem, melius esse ratus omnes dies, qui
exacte soli de morbis decernere visi sunt,
prius exponere. Huius rei gratia nec in
ipsius vsquam commentariis in totum scri
ptum est, circa quintum, vel septimum,
vel nonum iudicatus est, verùm simplici-
ter vel quinta, vel septima, vel nona die:
subito enim & vniuersim hi iudicãt. Quã-
to autem vlterius morbi excesserint, diu-
turnioréque facti fuerint, perturbatio sa-
nè, quæ præcipitem immutationem præ-
cedit, conquiescit. Iudicia verò paulatim ve
nientia duos aut tres dies in totum oc-
cupant. Sicut enim plurimi longi affectus,
neque cum excretione dissolui consueue-
runt, sed vel absessu, vel concoctione: ita
nec quum manifestis excretionibus, vel
absessibus ipsorum solutio cõtigerit, vno
duntaxat die perficitur. Vnde medicorum
quidam diuturnos morbos nequaquam
iudicari inquiunt. Non siquidem solutio-
nem sermone absoluto crisim esse, sed vel
subitam, vel quæ ipsam præcedit com-
motionem. Verùm quòd iudicij signifi-

catum non exacte disquisitum perpetuo seruatur, sed solutionem ipsam tantum quomodocunque fiat, complures medici iudicium appellant, ex ipsis Hippocratis libris discere cuiuis est integrũ, maxime verò ex his quæ veteres alij pertractant. Sic igitur & Diocles primum diem decretoriis annumerat, manifesto indicans, nihil se aliud iudicium, quàm morbi solutionem nominare. Fiet autem perspicuum ex ipsius verbis,

» quæ hunc in modum habent: Quarum fe-
» brium causæ, neque in ipso corpore vacua-
» tę ac imminutæ dissoluuntur, neq; exiccan-
» tur, neque subito crudæ educuntur, tempo-
» rum verò periodis quibusdam coctæ appa-
» rent, per summa quidem extantes nocte &
» die iudicantur. Nam paucissimo tempore
» causæ ipsarum discutiuntur: quippe putre-
» scentes & in pus conuersæ: ad hæc lac &
» caro omnis absoluta, breuiter omnia quæ
» in corpore tum fiunt, tum mouentur, & spe-
» ciatim immutantur, in hoc tempore pri-
» mum apparent. Atque hæc Diocles. Hip-
pocrates autem non semel neque bis, sed frequenter admodum in primo Epidemiõ, & potissimum in tertio morbi solutionem crisim vocat, nulla neque excretione, neque abscessu euidenter prægresso. Non ta-

men

men huius gratia putandum est diuturniores morbos sine quauis manifesta excretione iudicari: quemadmodum neque plures dies necessario assumere. Itaque octogesimo crisim quendam accepisse, in tertio De morbis popularibus Hippocrates commemorat, atque rigore ipsum fuisse correptum, acutéque febricitasse, & sudasse largiter. Apposui autem paulò aute sententiam, quum Cleantidæ in tertio Epidemion † ex hoc] ordine scripti mentionem facerem. Inuenias autem alios quoque ægros hoc sermone iam mihi citatos, item quos nequaquam apposui iudicatos euidenter die vno per excretiooem in procedente diuturnóque morbo. His igitur maximè aduertendum est, vt quæ dierum decretoriorum ordinem exacte doceant. Si enim Cleantides hic octogesimo quum totius corporis concussione, hoc est rigore, fuisset infestatus, acutéque febricitasset, per sudorem iudicatus est, liquet vigesimi numerum nõ mediocrem quandam potentiã obtinere. Hoc enim multiplicato octogesimum sicut & quadragesimum & sexagesimum, ad hæc centesimum † vigesimũ fieri contigit. Reperies autẽ alios ægros, qui decimumquarrum egressi, per excretionẽ in

† *In græc. impres. mẽ dose legitur ἐκτῷ, pro ἕκτῃ. id est, semaximè aduertendum est, vt quæ dierum xti.*

† *In vetteri codi. hic addi. κρὶ τλὼ ἐικοσὶν. i. centesimum.*

Epidemion libris iudicatos fuisse: quorum nonnullos iam protulimus, qui subitam fieri crisim vltra quadragesimum non putantes arguunt, etiam decretoriorum dierum ordinem ostendũt. Quòd etenim paulatim morbi diuturni per certamen commotionémque desinunt quiescuntque, pulchre dictum esset nunquam subitam eorũ mutationem vno die fieri, nondum rectè declaratum est. Quum enim rigor vehemens simul cum accessione omnino non factus inuadat, & febris acutissima, † celerrima, & toleratu difficilis accedat, subitòque copiosus è corpore manarit, febre hominem prorsus liberans, si quis hoc crisim non esse dicet, manifeste contentiosus est. Ego sanè id genus hominibus contradicere diffusius non consueui, sed illud quod accidit magis cognoscendum esse mihi proposui. Hoc enim nobis obseruantibus plerunque apparuit, & in ægris ab Hippocrate scriptis inuenire licet, huiusmodi morborum longiorum solutiones non, quam deinceps nulla ex parte intersecantur, incidere: verùm vbi soluti esse videntur, iterum † secundo recidiuam incipiant. Contingit autem sæpe in diebus quibusdam decretoriis particulares recidiuas incipere, & quum numerum aliquem de-

† *In veteri codi. additur* καὶ σφοδρότατος καὶ, *id est & vehementissima &.*

† *In veteri codi. pro* ἀνατέμνεσθαι *legitur* τρίτας. *i. alteram.*

cre

cretoriorũ exceſſerint, denuo in alio quodam iudicari. Hac ratione omnes acuti particulares fiunt: poſtquam verò omnes coierint, diuturni. Interdum interualla ipſorum [numero cuidam decretorio † aſcribũtur,] veluti ſi quis vndecimo die iudicatus imperfecte, decimo morbi recidiuam patiatur: deinde vigeſimo rurſum die iudicato parum integre, recidiua vigeſimoſeptimo adueniat: inde poſtea acute ægrotans, quadrageſimo iterum iudicetur. Hæc igitur quiſque in ægris ipſe videbit, qui diligenter eis aſsidere voluerit.* Ad hæc in ægrotis ab Hippocrate citatis contempletur.] Porrò quòd decimuſeptimus decimooctauo, & vigeſimoprimo vigeſimus fortior ſit æſtimandus, per Hippocratis experimenta demonſtratum eſt. Si autem mea quoque deinceps recenſuerim, longior quidem ſermo erit, cæterum fidei nihil magis habebit. Si etenim quiſpiam & ipſe quæ ægris accidunt, obſeruare velit, & ab Hippocrate dictis credere, is nihil adhuc noſtra experientia indigebit. At ſi vel ſophiſmata euidenter apparentibus digniora eſſe quibus credatur exiſtimet, vel Hippocratis dictorum nullam rationem curámque habet, talis non modo nihilo plus frugis ex noſtra narratione reportabit, ſed etiam

† *In veteri cod. legitur, numero quodã dierum decretoriorũ circunſcribuntur.*

* *In veteri cod. legitur, & ijs quæ ab Hippocrate dicta ſunt minimè fidem adhibet.*

irridere ipſam conabitur. Huiuſmodi verò frequenter dixi deſpiciendos eſſe. Si verò veritatis ſtudioſus quis exiſtat, ſophiſtarum nugis relictis ad experientiam ipſe veniens, quum octoginta vel mille ægros conſpexerit, hunc indubie noui non alia de diebus decretoriis pronunciaturum, quàm Hippocrates indicauit.

CAP. VI.

QVum enim horum dierum tum vſus, tum natura duplex ſit, Hippocrates quoque duplicem eorum diſciplinam inſtituit: in Aphoriſmis quidem & prognoſtico eorum quæ ſecundum quaterniones & hebdomadas inuicem complexi ſunt, mentionem faciens: in primo autem Epidemion non horum modo, ſed etiam aliorum omnium coincidentium. Quorũ cauſam coincidentiæ in ſequentibus dicturi ſumus: nunc autem quòd & natura & vſu inter ſe mutuo differunt, oſtenſuri. Natura ſanè, quòd omnibus pulchre euenientibus ad quaternionis circuitus iudicia omnino perueniunt: erratis autem quibuſdam in coincidentes recidunt. Vſu quòd ad futuræ criſis cognitionem quaternionis circuitus ſufficit. Cæterùm ad iam factam cri

criſim indicandam omnibus velut ſemper cognitis: verbi gratia, tutiorem eſſe criſim quæ nono, quàm quæ octauo die accidit: minus fidam quæ octauo, quàm quæ nono contingit, arbitramur. Proinde fides iudicij vel fallacia, hoc eſt certitudo vel incertitudo, ad bonam victus rationem iudicatis morbo præſcribendam conducit. Prænoſcere verò quando potiſſimum accidet, ad nondum iudicatos neceſſarium eſt. Dicetur itaque in procedente ſermone de hoc etiam nonnihil: ſed vniuerſus ſermo ex curandi methodo pendet. At nunc de decretoriorum dierum vſu niſi obiter dicemus, ſed omnem eorum potentiam interpretari feſtinamus. Satis eſt ideo ad præſentem diſputationem, ſi Hippocratis verba commemorans, ad ſequentia iam deſcendam. In prognoſtico ſanè hoc modo ſcribit: Febres, ſiue ſanus ab « his quis euadat, ſiue pereat, æquali dierum « numero finiuntur. Vt enim ſaluberrimæ « febres, quæ videlicet tutiſsimis fulciuntur « notis, die quarto vel antea quieſcere ſo- « lent: ita peſsimæ quæque, & quibus periculoſiſsima ſigna adſunt, die quarto, vel citius « interficiunt. Primus itaque earum inſultus « ita finitur, ſecundus quaternio in ſeptimum « diem producitur, tertius in vndecimum, «

quar

» quartus in decimumquartum, quintus in
» decimumseptimum, sextus in vigesimum.
» Igitur accessiones ipsæ ex acutissimis mor-
» bis per quatuor in viginti auctæ finiuntur.
» Verùm huiuscemodi supputatio per dies in-
» tegros nimirum fieri non potest: quippe
» quum nec annus, nec menses ipsi integris
» numerentur diebus. Deinde eadem ratio-
» ne atque additione primus circuitus ad
» quatuor & triginta, alter ad quadraginta,
» tertius ad sexaginta dies perueniet. Hæc qui
dem ex prognostico verba sunt. In Apho-
rismis quum prædixisset acutos morbos in
» quatuordecim diebus finiri, mox infert: Se-
» ptimorum quartus index est: alterius septi-
» manæ, octauus initium: contemplatorius
» autem rursum vndecimus: hic enim quar-
» tus secundæ septimanæ. Contemplatorius
» iterum decimus septimus: hic enim quar-
» tus est à decimoquarto, septimus autem
» ab vndecimo. Atque in his duobus com-
mentariis omnes dierum decretoriorum
circuitus hebdomadis & quaternionibus
adscribit. At in primo Epidemion omnium
» deinceps meminit hisce verbis: Est autem
» primus decretorius circuituum qui pari-
» bus diebus decernunt, quartus, sextus, de-
» cimus, decimusquartus, decimusoctauus
» vigesimus, vigesimusquartus, vigesimus-

octauus, trigesimus, trigesimusquartus, quadragesimus, sexagesimus, octogesimus, centesimus, centesimusvigesimus. Eorum qui qui imparibus circuitibus iudicant, primus est tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, decimusseptimus, vigesimusprimus, vigesimusseptimus, trigesimusprimus. Hippocrates igitur omnes hoc sermone decretorios dies manifesto comprehendit. Recordationi siquidem ac memoriæ præparatio hæc conuenit. Demonstratum autem sæpenumero nobis est. Epidemiorum libros prognostico prius & Aphorismis scriptos esse, quòd memoriam rerum prius obseruatarum suggerant. Itaque in hoc commentario omnes decretorios dies ordine conscripsit: In illis, eos tantum qui maximam virtutem habent, & naturæ suæ ratione perfecti sunt (sicut in sequentibus ostendetur) insuper quoque nõ mediocrem vsum ad futuri status, tum iudicij prænotionem exhibent. Cur igitur Hippocrates non vnam in omnibus libris decretoriorum dierum disciplinam tradiderit, plane iam ostensum est. Nec obscurum cur aliis medicis de hisce diebus controuersia suscepta sit. Alij etenim quòd duplex eorum natura sit, non planè cogitarunt: alij nequaquam obseruarunt, sed rationi totum

tum conceſſere. Nonnulli vſu ipſos deprehendere conati ſunt: verùm duplici nomine decepti ſunt: vel quòd nihil omnino ante experiẽtiam definierint: vel inconſultius ſententiam protulerint.

CAP. VII.

POrrò nobis quæ diſtinguenda veniant ante experimenta, dictum eſt: item diebus decretoriis ferre iudicium non properandum eſſe, donec in multis ęgris permultis annis accurate quis obſeruauerit. Nam præter alia, etiam annalium conſtitutionum permultæ quædam differentiæ ſunt: quoniam in tota æſtate interim plures, quàm † tercentos] homines acute ægrotantes vniuerſos vel ſeptimo, vel nono die criſim habuiſſe conſpexi: in alio rurſus anno quoſdam decimoquarto, quoſdam vigeſimo, plurimos poſt morbi reuerſionem: in alio permultos ſanguinis fluore quinto, perfecte ſeptimo vel nono die. Vidi etiam in autumno aliquando omnes vndecimo iudicatos: ſed hoc quidem bonam criſim attulit: in alio autem autumno omnibus ſexto die inſalubre iudicium accidit. Quapropter etiam magis ſubit mihi mirari eos,

† *In veteri cod. legitur non* τετρακοσίους, *id eſt, quadringentos, ſed* τριακοσίους, *vt hîc vertit interpretes.*

eos, qui planè nullum in diebus discrimen, verùm eiusdem omnes dignitatis esse arbitrantur. Toti siquidem status frequenter vel æstiuorum, vel autumnalium morborum vnam iudiciorum speciem obtinent: quemadmodum in his, quos Hippocrates conscripsit, manifestum est. In quibus siquis non omnino segnis est, interdum sanè alium decretoriorum dierum, sæpius iudicantem videbit, quàm alium: non tamen octauum, duodecimum, aut decimum sextum, aut huius notæ aliquem. Apparent igitur sophistæ in vtrisque, quæ vniuersam medicinam constituerunt, errare, experientia nempe & ratione. Neque enim in quibus experientiæ vsus est, ipsam expectant, sed vt cuique in mentem venerit, nugantur: neque euidenter apparentium causas inueniunt. Huius rei gratia alius ex eis nec decretorium diem, nec omnino iudicium esse confirmat alius iudicium esse quoddam, non tamen dies decretorios concedit, tanquam ratione magis, quàm experientia decretorios dies & iudicia inuenire conueniat: vel quasi peiores existant, qui per experientiam vtraque se didicisse confitentur. Nobis sanè, qui post Herophilum, Xenophontem, Asclepiadem nati sumus, forsan

sam in viros illos vel inuidia, vel contentio quædam esse posit. Quæso vnde nam in mentē venit ei qui accurate ipsos per experientiam inuenerit, vt Epidemiorum libri testantur, vt prænoscerent Sophistas tales quosdam † in posterum futuros? quū nulli his similes Hippocratis temporibus extiterint, verùm singuli pro viribus artem iuuare, inueniréque aliquid, non deprauare recte inuenta studerent. Quinetiam medicos, qui ab experientia Empirici nominantur, videre licet tanquam communes quosdam omnium dogmaticorum hostes, inquirentes quod mentiantur, non tamen aut decretorios dies aut iudicia tollentes, sed veluti & aliud quippiam maxime euidens, hæc quoque ambo statuentes. Satis mihi iam est sophistarum nugantium.

† *Mendose legitur in Græcè impres.* διάσασται *pro* γενύσασθαι, *&* ἐξετάζοντες, *pro* ἐξ ὑγίης.

CAP. VIII.

QVin magis ad dictorum cohærentiam denuo reuertor, prius vniuersis quæ prædiximus, in summam vnam redactis. Decretorius itaque fortissimus omnium est dies septimus, prænunciat eum dies quartus, hæc duo habens, vt decretorius minor sit, & septimi index. Deinde vndecimus & decimusquartus eandem pro-

por

portionem & naturam inuicem conſeruantes, quam cum ſeptimo quartus. Deinde frequenter quidem decimuſſeptimus ad vigeſimum: raro autem decimuſoctauus ad vigeſimumprimum eandem rationem habet, quam cum ſeptimo quartus, & vndecimus cum decimoquarto. Hi ergo, vt Hippocrates dixit, per quatuor aucti ad viginti perueniunt. Coincidunt eis nonus, quintus, & tertius. Plurimos quidem nonus iudicat: ſecundam vim obtinet quintus, & poſt hunc tertius. De ſexto prius diximus, vt malo decretorio. Decimuſtertius certè omnium decretoriorũ imbecillimus, omnium verò qui non decernunt fortiſsimus tanquam in medio quodam virtutis vtrorumque ſitus. Vehementiſsimæ itaque ſunt criſes, ſicut etiam antea diximus, quæ ad decimumquartum diem veniunt: minus his, quæ ad vigeſimum vſque pertingunt: inde ad quadrageſimum productæ, adhuc etiam minus vehementes euadunt, in illo perfectè ſoluuntur.

CAPVT IX.

PRoportio autem dierum decretoriorum perpetuo ſeruatur. Vt enim decimuſquartus & ſecundæ ſeptimanæ finis eſt, & tertiæ principium, ita trigeſimuſquartus quintæ terminus eſt ſimul, & ſextæ ini-

tium. Quare tres ſeptimanæ viginti diebus ſemper deſcribuntur: ideóque ſexageſimus, vti prius declaratum eſt, non ſexageſimuſtertius decretorius fiet. Pari modo octogeſimus, & * centeſimus,] & centeſimuſuigeſimus. Vt enim iudiciorum vehementia paulatim procedente tempore diſſoluitur, ita & imbecilles decretorios obſcurari planè accidit: ſolos autem ſemper perſiſtere, qui perfectum decretoriorum numerorum circuitum deſcribunt. Conuenit autem, vt per experientiam licet condiſcere, primum circuitum perfectum eſſe, qui viginti diebus conſtat. Si enim ſemper per coniugationem ſeptimi numerus procedat, vt in primis duobus habet, eſſet hac quoque ratione hic ſeptimus perfectus primus circuitus. Quoniam verò ſecundus * primo coniunctus eſt,] & tertius ſecundo cohæret, liquet proportionem quæ ab initio ſtatuebatur, non adhuc poſt decimumquartum diem conſeruari. Attamen poſt vigeſimum diem idem circuituum ordo perpetuo conſiſtit. Reſpondebit ergo trigeſimuſquartus decimoquarto, quippe qui ex duabus ſeptimanis diſiunctis fiat: & quadrageſimus vigeſimo, vt qui tertia hebdomadem coniunctam expleat. Quare hoc ipſum Hippocrates nos docens in

In græ. codic. impreſſi non habetur, ſed in codice manuſcripto: cui aſtipulatur antiq. tranſlatio.

In græ. eſt πρώτης διὰ δευτέρου id eſt à primo ſeiunctus eſt.

Progn

Prognoſtico, vbi de vigeſimo die verba fe-
cerit, deinceps inquit: Poſt hos eadem ra- "
tione, *eodémq; decoro] primus ad vigin- "
tiquatuor dies peruenit. Primum enim di- "
xit trigeſimumquartum poſt vigeſimum *πρὸ λοι-
vt circuitum, non vt diem decretorium: τὸν τῶν
quoniam *trigeſimuſquartus & trigeſimuſ αὐτὸν
ſeptimus] poſt vigeſimum eſt decretorius. πρόδρομον
Sed quoniam de minoribus periodis (ſunt id eſt, &
autem quaterniones) abundè ſatis docuit, eadē addi
ad hæc ſeptimanas ipſas expoſuit, reliquos tione ha-
ſtatim duos circuitus voluit ſimul diſcipli- bet vetus
næ cauſa adiicere, nempe & ex duabus ſe- codex, cui
primanis compoſitum, & illum qui tribus ant. trā-
conſtat. Verùm qui duas continet, veluti latio aſti-
imperfectum quendam: qui tres, exactè per- pulatur.
fectum. Siquidem iam quadrageſimum, * Græc. co
ſexageſimum, octogeſimum, * & centeſi- dex habet
mum vigeſimum ex vigeſimo ſæpius au quartus
ćto fieri contigit. Hoc igitur ipſum & non & vige-
aliud perfecti circuitus eſt indicium: vel ſimuſpri-
compoſiti ſemper, & ſæpius in ſe aucti, mus.
quòd alium non magis requirat. Atqui nec * In vet.
vnus eorum qui vigeſimum præcedunt, hoc cod. hic ad
obtinet: nam ſeptimus ſi per ſe ſemper au- ditur πρὸ
ctus ſit, ad vigeſimumprimum, vigeſimum- τὸν ἑκα-
octauum, & trigeſimumquintum, & qua- τοστὸν. id
drageſimumſecundum excideret: decimuſ eſt & cen
quartus pari modo vigeſimumoctauum teſimum.

faceret,& quadrageſimumſecundum:quanquam & hic quaternio, eius compoſitionem ſi in ſe faceret,octauum,duodecimum, & * decimumquintum] fortes decretorios efficeret. Quapropter ipſe quartus nec periodus quidem euidenter eſt, ſed vt periodi dimidium:etenim ſeptimana dupliciter diuiſa, quartus ſectionem accipiens, primi quaternionis terminus eſt,ſecundi initium. Forſan quis ſeptimanam hanc perfectum circuitum eſſe putauerit. Non enim in hac ſeptimum diem ſecundæ ſeptimanę initium eſſe contingit: ſic enim ad decimumquartum terminus eius perueniret. Sed quum rurſus decimuſquartus terminus ſimul ſecundæ ſeptimanæ, & tertiæ principium ſit, non adhuc perfectus circuitus ſeptimana ſic fuerit: bis enim ſeipſum multiplicauit, tertio non potuit. Atqui ſi propter duas priores hebdomadas ex diſiunctione factas, integrum quendam circuitum putare ſeptimanam conuenit,propter tertiam verò conſ iunctam, non etiam integrum, vel omnino in dubitationem ſermonem incidere neceſſe eſt, vel ſeptimanam primum quendam ordine, & ſimplicem circuitum putandam eſſe: qui verò ex * vigintiocto] diebus cõponitur, ſecundum ſimul & compoſitum & perfectum.

*In vete. Græc.cod. et in ant. tranſlatio ne eſt decimuſſextus.

*In veteri Græco cod. & in ant. tranſlatione legitur viginti.

CAP.

CAPVT X.

MOnet iam hic sermo nos considerare quis horum dierum de acutis morbis decernat. Quum enim Hippocrates in Aphorismis acutos morbos in quatuordecim diebus decerni dicat, magnam inde nugandi occasionem Sophistæ arripuerunt. Atqui sine illorum nugis omnibus & iudicia omnia præsagire, & iam facta explorare potes. Nam si morbum, exempli gratia, vigesimo die iudicandum esse præsagiens, victus rationem ei congruam instituas, magnum ægro præsidium afferes. Licebit autem tibi & acutum, & diuturnum ipsum vocare, quum nulla vel commoditas, vel offensa ex appellatione ægro adueniat. Fingamus enim acutum huiusmodi morbum vocari, omnibus quæ ad victum ægri pertinent, rectè administratis: quid inde peius vel melius erit? Rursus diuturnum ipsum, si placet, appella, vt nihil ex hoc vel iuuari, vel offendi ægrum intelligas. Quemadmodum igitur & in permultis aliis Sophistæ de nominibus contendentes dissentiunt, & discentium tempus conterunt, sic quoque in acutorum, longorúmq; morborum distinctione. Nam si verum fateri oportet, non duæ tantum morborum differentiæ, sed

permultæ admodum putandæ sunt. Siquidem quartana febris in tot annos incidit, quot alia diebus iudicata est, ad hæc alius quidam morbus in menses multos duravit. Hæc igitur prima differentia triplex: partim enim morbi diebus, partim mensibus, partim annis totis iudicantur. Membratim rursus in morbis, qui ad menses perueniunt, non simile existit, duorum videlicet mensium, vel septem solutionem fieri. Ita quum dierum vel annorum numero morbi soluantur, permagnum discrimen existit. Quid enim similitudinis vel tertio, vel vigesimo die iudicium subiisse, itidem vigesimo, vel quadragesimo? Iam verò si naturalem ipsorum differẽtiam inuenire moliaris, quot dierum decretoriorum circuitus sunt, tot quoque morbi statuendi erunt. Itaque si alterius naturæ esse dicas, quemadmodum sanè est, non posse primum quaternionem superare alterius septimum non excedere, ita & vnius decimi, decimiquarti, decimiseptimi, vigesimi, omniúmque deinceps decretoriorum proprius cuiusque morbus existimandus est.

*In vet. Græc. codi. legitur μὴ πρὸ βαῖνον, vt in impress. sed vitiose.

CAPVT XI.

Præstat tamen doctrinæ gratia maioribus eos terminis comprehendere, ne pluri

περβαῖνον absq; negatione.

plurimi fiant: verùm ita magnis rursus, ne multum differentes inter se mutuo collocentur. Vnde nec eos laudo qui duas vniuersas morborum species ponunt, neque vtranque deinde diuidunt: nec illos, qui tot esse dicunt, quot dierum decretoriorum circuitus. Quæ igitur præstantissima disciplina fuerit, maximéq; artis vsui idonea? puta si quis Sophistarum Medicorum accuratè Medicinã tractare conetur, sublimi illa sede relicta, in qua magni regis cuiuspiam instar sedens adolescentes remoratur, hunc satis noui ex ipsa re vtilitatem edoctum iri. Sicut igitur & Hippocrates in omnibus admirandus, ab ipsis euidentibus sermonem capiens, hæc aliquando scribit: Vbi peracutus morbus est, statim « etiam labores extremi adsunt, & longè te- « nuissimo victu vtendum est. Interdum ita « scribit: Acuti morbi quatuordecim diebus « finiuntur. Deinde rursus: Hi ergo per qua- « tuor aucti ad viginti perueniunt. Iterum « postea: Spirandi facilitas maximam vim ad « salutem habere existimanda est in omni- « bus morbis acutis, quibus febris copula- « tur, quique quadraginta diebus finiunt. « Quinetiam sexagesimi, octogesimi, & centesimiuigesimi rursus meminit. Atque his

denuo relictis, æstatis morbos hyeme solui ait: hybernos, æstate, quin & hoc modo in-
» quit: Plurimi puerorum affectus diebus
» quadraginta finiunt: quidam septem men-
» sibus, aliqui septem annis, nonnulli ad pu-
» bertatem vsque perueniunt. Hæ omnes ad disciplinam simul clariorem, & ægrorum vsum admodum vtiles sunt differentiæ, etenim sua cuiusque victus species est. Cognoueris autem maximè ægrum ipsum in his omnibus, si hypothesin sermoni adiecero. Adolescens iam quis valido morbo correptus est, qui in primo quaternione discutietur: Aphorismum in hoc maximè
» illum imitandum puta. Quum peracutus
» morbus fuerit, statim etiam extremi do-
» lores adsunt, & tenuissimo omnium victu vtendum est: neque alimentum quoduis huic exhibueris, nec melicratum, aut aliam quampiam potionem huiuscemodi: imò etiam ab aqua, quantum potest, abstinere iubeto. Hunc ipsum adolescentem vbi septimo die crisim habiturum statueris, paululum prædictam victus rationem immuta, vel mulsam exhibens, vel aliam huiusmodi quādam potionem morbi naturæ familiarem, vt Hippocrates præcepit. Ipse autem hæc inuenies partim à si-
[Hæc & gnis quibusdam, [velut temperamento, consue

consuetudine, & ætate.] Quædam etiam ægrum interrogabis, an valido sit ventriculo, qui longam inediam ferre possit: an cito offendatur, & facilè soluatur. Sic etiam habitum hominis considerans, nonnulla quidem ipse ex iis, quæ in opere de Temperamentis didicisti, inuenies: quædam autem ex ægro, rogans. Sunt enim quidam ad resolutionem faciles, atque ideo diuturniorem inediam non ferunt, licet viribus validi anteà fuerint. Si iam tibi tale quippiam interroganti, & per te ipsum conijcienti appareat, & æger facilè dissoluatur, faciléque stomachus eius offendatur, ptisanæ cremorem exactè percolatum quotidie modicè exhibebis, memor rursus hic eius quod Hippocrates dixit: Sed aliquid tum consuetudinis gratia, tum etiam ne vasorum magna fiat inanitio, ingerere oportet. At vbi septimus dies instet, nequaquam ægrum nutrire conuenit, sed ante vnum diem, vel antea, minus exhibendum est. Atque hæc nos adamussim vetus ille in opere de Victus ratione in morbis acutis perdocuit. Si quidem adolescenti tertio aut quarto die morbum finitum iri spes sit, nullam stomachi malignitatem, aut habitus inanitionem suspiceris: ad hæc si præterquàm quòd iuuenis sit, etiam validissimas

Græc. cod. & in ant. translatio habent.

ne non hæ bentur.

vires habeat, longam facilè inediam tolerare fateatur, & ægrè dissolui tibi appareat: insuper nullus eiusmodi morbus adsit, vt oxymeli aut mulsam requirat: is omnino ad septimum vsque diem à cibis abstinere potest. Quòd si ad tertium, vel quartum quaternionem crisis futura videatur, non ita abstinere potest, nec sola potione seruari. Quapropter non mediocris quædam victus mutatio, nec morborum ideo exigua differentia.

CAPVT XII.

VOcetur iam peracutus morbus, qui ad septimum vsque diem extenditur: qui longius procedit, simpliciter acutus. At hic quoque differentiæ in peracuto memoria tenendæ sunt. Etenim exactè peracutus is est, qui quartum diem attingit: non exactè, qui ad septimum vsque producitur. Eadem ratione inter acutos alius exactè acutus, qui ad vsque decimumquartum porrigitur: non exactè verò, qui ad vigesimum vsque durat: quanquam & ipse acutus sit. Adhuc aliud morborum genus, quod ex delapsu acutum, ad quadragesimum vsque diem peruenit. Satius enim est ita vocare ipsum, quod acuto quodam imperfectè iudicato intra

intra diem vigesimum, deinde vehementia eius confracta, reliquum eius intra quadragesimum diem dissolui consueuit. Nonnulli autem statim ab initio velut prohibiti, tardéque moti, & nullam interea subitam mutationem moliti, ad quadragesimum producuntur. Duplex autem horum quoque natura est: vel enim accessionum remissiones in exactam integritatem finiũt, vel continua febris semper perdurat. Atque huiusmodi de acutorum natura intelligenda sunt, iam alij manifesto sunt diuturni. Porrò Archigenes multis nominibus nobis laudandus est, maxime verò si studium eius artis tractandæ medicæ cognoueris: quoniam non temporibus solis tenuibus, sed motu & natura magis acutum * vel peracutum] morbum appellauerit. Nam quum segni lentóque motu cum interualis à febre remissis vsque ad quadragesimum extenditur, nemo inquit sanæ mentis acutum nominauerit. Etenim si ante quadragesimum cesset huiusmodi existens, iam diuturnus est. Alios verò morbos breues vocat: æquum esse dicens ipsos nec acutos, nec diuturnos appellari. quemadmodum breues has, & à periculo remotas febres, quas non diuturnas esse quis ignoret? etsi ab acutorum natura recesserint.

* *In veteri græco cod. legitur* νῆσον, *id est,* ἐξὸν, *& nõ acutum: quã lectionem secutus est antiquus interpres & sequentibus mox versiculis idem confirmatur.*

*rint. Nam acutum hunc esse ait, cui motus velox & subito pericula adueniunt. Vides igitur nos, quum solutio eius celeritatem habet, vel acutum morbum vel non acutum nuncupare: eodem modo nonnunquam alium acutum, alium diuturnum, ipso motu solo distinguentes. Noui igitur complures ad quadragesimum vsque diem continua febre conflictatos esse. ita voco eam quæ nunquam remittit. Quapropter huiusmodi morbum non fuisse iam diuturnum dicere possum: non tamen simpliciter acutum nominare ratio est. Sed enim quum ex decidentia acuti exactæ solutionis terminum habent longissimum, diem quadragesimum, nonnulli verò continua semper febre ad hunc vsque extensi sunt: ponatur & hoc tempus aliquando iam diuturnorum affectuum, [qui nullam manifesto remissionem habent, sicut antea diximus,] aliquando acutorum esse decretorium. Itaque Hippocrates in Prognostico his verbis vtitur: Existimare autem oportet, quòd facilis spiratio in omnibus acutis morbis, quibus febris copulatur, quique intra quadraginta dies iudicantur, magnum ad salutem habet momentum. Non enim simpliciter acutis dixit, tametsi dicere potuit, sed

[In vete. Græc. cod. hæc nõ habetur, neque in antiq. translatione.

sed cum additione scilicet quòd intra quadraginta dies iudicantur : tanquam acuti quidam sint, qui perfectæ solutionis gratia ad eum diem prolongentur, proinde acuti simpliciter intra decimumquartum diem finiri solent. Qui iam quadragesimum attingunt, interim hi ipsi sunt, qui intra decimumquartum diem imperfectè iudicantur: interim quorum paulò ante memini non frequenter adeò euenientes. Quinetiam tertium genus illorum est, qui manifesto iam tardi acutis oppositi quadragesimum diem habent decretorium: sed de his post paulùm dicturi sumus. Cæterùm vniuersum prædictum genus acutum nominetur ex decidentia, quam Græci μετάστασιν vocant. Ostensum nobis est tum alibi, tum in tertio de spirandi difficultate potissimum, sicut in Prognostico de simpliciter acutis pertractat, adhæc de his qui ex decidentia fiunt. Quum igitur ad libri calcem in vniuersum de illis pronuntiasset (dico autem de acutis morbis, & qui inde proueniunt) membratim de aqua inter cutem hunc sermonem protulit: Aqua inter cutem si ex acuto morbo cœpit, omnis mala est. Pari modo quum de purulentis & phthisicis, tabidísque affectibus, item de iis qui ex abscessu in longum tempus porriguntur

tur, verba facit, clare innuit propositi se nō oblitum esse, morbos qui ex acutis diuturni fiunt commemorans. Hoc modo & illa » dicta sunt: Reliquæ autem vomicæ magna » ex parte rumpuntur: sed aliæ in die vigesi- » mo, aliæ trigesimo, aliæ quadragesimo, non » nullæ ad sexagesimū vsq; perueniūt. Quin etiam in dierum decretoriorum enumeratione, qui in Prognostico referuntur, ad sexagesimum vsque diem necessario processit. Sed quoniam non de acutis solùm, verùm etiam de iis, qui inde progrediuntur, sermonem instituit: conuenienter puto in ipsis decretoriis, tum in præceptis de abscessuum ruptura, sexagesimi diei commeminit. Igitur qui hanc disciplinam non intellexerunt, ij nequicquam ac frustra, quæstiones in his texunt: dissentire putantes cum his quæ in aphorismis tradiderit, morbos inquiens acutos quatuordecim diebus finiri: quasi ipse Hippocrates non accurate ostendisset, dicens aliam esse naturam acutorum ex decidentia, quàm illam quæ absolute acutos respicit. Longe enim secus est, quàm illi putant: quoniam si non acutorum duplicem naturam cognouisset, aliam absolute acutorum, aliam decidentium, non sanè distinxisset appositione suam sententiam, verùm simpliciter dixisset: Existimare

mare autem oportet, quòd facilis ſpiratio in omnibus acutis morbis magnum ad ſalutem momentum habet. Nunc autem quum huiuſmodi dictionem ſimpliciter acutos declaraturam ſciret, non tamen ita, verùm cum his etiam alia complecti vellet, non ſine ratione appoſuit primum. Quibus febris copulatur: non aſcribens continua, quod abſolute acutorum erat propriũ. Deinde, Qui intra quadraginta dies finiri ſolent: perinde acſi alij quidem acuti ſint, qui diebus quadraginta non finiant. Quare vndequaq; morbi naturam, quo de in Prognoſtico tota diſputatio eſt, clare diſtinxit Hippocrates, demonſtrauítque. At interpres luculenter dicta obſcura reddere moliuntur. Quòd ergo nominis appoſitione quæſtionem, quam contexunt, ſoluere conantur, condonandum eſt. At hoc * faciũt qui ita ſcribunt: Exiſtimare autem oportet quòd facilis ſpiratio in omnibus acutis morbis, quibus febris copulatur, quíq, intra quadraginta dies finiunt, magnam vim ad ſalutem obtinet. Nonnulli etiam non aſcribunt, quibus, inaudiendum eſſe dicentes, vt ſermo eius duplex fiat: alter de acutis morbis, quos in aphoriſmis expoſuit: alter de aliis, qui febrem iunctam habent, & quadraginta diebus iudicantur. Iam verò nec

* ποιοῦσιν *habet vetus: codex non* ποιοῦσιν *id eſt, faciens.*

in

in aphorismis decimumquartum diem decretorium, sed illic quatuordecim omnes decretorios dies Hippocratem pronuntiasse arbitrari(esse enim tot, siquis à tertio, qui primus omnium decernere natus est, ad quadragesimum vsque numerauerit) non paruam reprehensionem meretur. Neque enim vt medici hoc dicunt, nec vt qui numerare sciant, aut legere. Nam si medici essent, primum sanè nullum exacte acutum morbum ad quadragesimum diem nõ iudicatum peruenire scirẽt: deinde ne quatuordecim quidem numero esse ad quadragesimum decretorios. In hoc autem ne vel numerare ipsos nouisse quis iure dixerit. Plures nanque sunt ac quatuordecim iis sane qui veritatem ipsam rerúmque euidentiam inspiciunt, item id quod Hippocrates in primo Epidemion scriptum reliquit. Superius verba ipsius apposui, quibus decretorios dies vniuersos edocet, vbi siquis numerare didicit, plures indubiè ad quadragesimum diem euenientes, quàm quatuordecim inueniet. Porrò si qui solos dierum quaterniones computent, forsan in hoc errare deprehensi fatebuntur pauciores esse hos ac quatuordecim. Quod autem ne legere quidem nouerunt qui huiusmodi effutiunt, sic maxime discres. Si igitur in Prognó

gnostico quadragesimum diem decretorium esse acutorum dixisset: deinde in aphorismis quatuordecim diebus summatim eos iudicari: tunc nimirum tale quippiam cum illis considerandum esset. At quum in opere Prognostico quadraginta diebus finiri dicat, & in aphorismis quatuordecim: maxime ridiculum est sententiam eius alibi aliter inaudire. Meliores his sunt, qui nō sermones consentientes, verùm alterius cuiuspiam aphorismos esse, alterius Prognosticon demonstrare conantur, sed hi ob animi magnitudinem sunt nobis miraculo. Quod iam vtilitatem huius disciplinæ semper inspiciens Hippocrates simpliciter quidem acutos quatuordecim dierum terminum habere recte dixit: ex decidentia verò acutos nunc quadragesimum, nunc sexagesimum diem assequi, abunde ostendimus.

CAPVT XIII.

SCiendum autem est communiter de omnibus eiusmodi notæ, quòd quæ ex quantitatis cuiusdam in particulas diuisione fiunt, soreticam dubitationem comitem habent. Itaque sic diuidendum est, vt nec particulæ multum alioqui differentes, sibi mutuo coniungantur: quod accidit, dum in pauca secatur tota quantitas: nec adeò mul-

tas feceris, vt disciplinæ vtilitas excidat. Quamobrem siquid optime diuidi possit, Hippocrates præter cæteros hoc mihi fecisse videtur. Primum, peracutos ad septimum vsque diem peruenire demonstrat: in quibus, vti dixi, in aphorismis tenui admodum victu tractandos esse præcipit: Deinde in commentario de victus ratione in morbis acutis quosdam inedia seruandos omnino esse vsque ad diem septimum: postea vero, quartumdecimum absolute acutis terminum statuit: post hæc ad vigesimum procedit, rursus vtriusque speciei morbum ad quadragesimum, itidem ad sexagesimum, postremo decretoriorum dierum supremũ finem centesimum & vigesimum diem constituit, quatuor videlicet mensium tempus: deinceps alios mensium decretoriorũ numero, alios annorum solui scribit. Atque hæc disciplinæ vtilitas est. Coincidunt autem nonnullæ quæstiones logicæ, quæ disputationem requirunt, sicuti puto & hæc: Quòd morborum qui apud omnes acuti habentur, nõnulli decimumquartum diem excedere videantur, ideóque Diocles etiam non decimumquartum, sed vigesimum primum terminum eius posuit: atque hic quidem errauit, vigesimum primum magis quã vigesimum terminum ipsis præstituens,

quan

quanquam nõ omnino falsus sit quòd quartum decimum pertranseat. Nam quosdam qui acuto morbo laborarant, decimoseptimo, & vigesimo liberatos esse cognouimus: vti apud Hippocratẽ quoq; in ipsis Epidemiis inuenire licet. Quomodo igitur si hoc ita habet, & quidam acuti morbi decimum quartum diem excedere videntur, terminũ ipsis hunc diẽ in aphorismis constituit? Prõptum quidem erat dicere, hoc rarenter, illud sæpissime accidere consueuit. Quinetiam Hippocrates solum id quod crebrò oculis vsurpauit, floccifaciens id quod raro euenit pronuntiat. At profundiorem quandam habet sententiam pronuntiatũ, siquis ipsum commode disquisierit. Qui nanque ad decimum septimum diem, aut vigesimũ prorsus acuti morbi exciderunt, hi planè inceperunt tanquam submersi, lento motu grauique: deinde alij in primo quaternione, alij in secundo exacte acutorum motum recipientes, ad decimum septimum vigesimum primum exciderunt. quanquam & hi intra suum decimum quartum finiantur. Nam in dierum quaternione vehementiam incipientes, deinde decimoseptimo finiti, decimum quartum eorum diem non excesserunt. Nouit hoc quoque Diocles ipse, tum alij propè omnes veteres, Phre-

niticos ſanè à primo die ſtatim non adeò
* *In græ.* fieri ait. Igitur ſi quis phrenitide captus, vel
ἐστ ἀπὸ quinto, vel ſeptimo, vel decimoſeptimo, vel
τὰς πρώ- vigeſimo liberatus ſit, nulli dubium hunc
τας ἡμέ- intra decimumquartum ſuum diem criſim
ρας ὀξεῖα ſuſtinuiſſe. In hoc iam maxime etiam vige-
νοσήμαςα ſimum diem ambiguitatem adferre puto:
γενόμενα, quippe qui potentiæ ancipitem naturam ha
id eſt poſt beat, tum quod ſæpe* poſt primum diem
primos acutos factos] iudicet, interim de prius iu-
dies mor- dicatis iterum decernat. Nullus enim à pri
bos acutos mo die acutus in hunc illabitur, qui non
factos. prius iudicium expertus ſit. Quòd ſi in prio
* *In græ.* re quodam die imperfecte finitum ſic pror-
eſt ὑπο- ſus diſcuſſerit, non impedit quo minus acu-
βρύχια *id* torum morborum decimuſquartus dies ter
eſt ſubmer minus exiſtat. Qui verò ab initio †graues]
ſi. ita etiã lentique apparent, & inde ad quadrageſi-
vertit pau mum tales perdurarint, rurſus intendan-
lo ſupra. tur, hos iure diurturnos appellaueris: quem
vetus trãſ admodum acutos quidē manifeſto, ſed qui
latio ha- ante vigeſimum non ſecure finiti ſunt, de-
bet egri- inde remiſerint, poſt hæc reuerſi, mox in-
tudines ſe tenſi rurſus ſint: nouiſsime quadrageſimo
pultæ in die finiti: dubitaueris abſoluténe, an ex de-
profundo cidentia acuti nominandi veniant, imo ma-
corporis gis an diuturni. quippe in ambiguis & ob-
graues, et ſcuris certum iudicium quærere non opor-
tarde. tet. Etenim ſecundum ipſam naturam rerū

cer

certam ſemper ſententiã pronunciare conuenit. Vbi verò rerum natura ſimplex prorſus eſt: ibi & manifeſto & ſimpliciter pronunciandum eſt: quoniam & Hippocrates in ipſis aphoriſmis, quum decimumquartum diem acutis morbis finem ſtatuiſſet, ſtatim etiam decimiſeptimi his verbis meminit: Contemplatorius rurſum decimuſſeptimus eſt: hinc enim quartus à decimoquarto, ſeptimus ab vndecimo eſt. Significat nanque hic vigeſimum tanquam ſecundum quendam acutorum terminum. Quoniam vero hic liber magnam ſatis prolixitatem modo habet, finire ipſum iam cogito. Quod de dierum decretoriorum ſpeculatione reliquũ eſt, id vniuerſum in tertio exequar.

*

CL. GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS, LIBER TERTIVS,

IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.

Quæ in tertio libro de Diebus decretoriis continentur.

*

Quòd superiorum astrorum facultas nos afficit, sed præcipuè Solis, & quòd huius viribus Luna operatur.

Comparatio inter Solem & Lunam.

Aër ingentes mutationes sustinet, dum Luna primo occultatur, & dum primo apparet.

Quòd non solum mensis per septimanas à Luna variatur, sed etiam vnaquæque res.

Quæ periodi ad Lunã, & quæ ad Solẽ pertineãt.

Cur in acutis morbis plures coincidentes dies sunt decretorij quàm in longis.

Quòd numerus dierum nullam vim habet ad ferend

renda iudicia: & quòd non à numeris, sed à Luna mutationes circa terrena fiunt.

Differentiæ peracutorum morborum.

Quòd septimanæ non habent integros septẽ dies, & quomodo tres septimanæ viginti dies cum dimidio conficiunt.

De natura morbi acuti.

Quòd morbus brevis alius est ab acuto: & quòd tardus & diuturnus est idem.

CAP. I.

QVi iam causas, cur non quilibet dies sint decretorij, considerare melius esse duxerit, is hæc sibi composita esse censeat. Et quidem inuentionis dierum decretoriorum principia ipsum fateri conuenit, quemadmodum superiore commentario †Non est dictum est. Sunt autem genere duplicia, †nempe experimentum & ratio.] Experimentum sanè non omnes similiter dies de morbis decernere, euidens affert testimonium: & quòd circuitus septimani validissima sint virtute præditi, post hos quaternarij: quidam verò extra hos coincidant: testificaimo quòd nec omnes septimanæ inuicem separentur, sed aliquæ ipsarum etiam coniungantur, nec omnes quaternarij: sed horum aliqui separentur: aliqui coniungan-

in græcis impressis.

anti. inter pres. ita vertit,

Vnũ eorũ testificatur ex experimẽto: alterũ ex ratione.

† *In græ. impressis & antiq. hic addi.* τῶν τι ἐν τῆς πείρας γνωσθέντι, καὶ οἷς ὁ λόγος ὑφηγήσατο. *i. quæ ex experientia cognita sunt, & ex ijs quæ ratio subministrauit: sed vetus codex non habet quæ mox sequuntur scilicet.* *Τῶν κατὰ τὸν λόγον καὶ τ' αὐτῶν πείραν.

tur. Insuper quòd acutis morbis impari dierum numero, longis pari iudicia omnino accidant. Omnia huiusmodi quæ prius recensui, experientia satis approbat. Porrò causas horum ratione nobis indagantibus, duo prima omnium quæ fiunt, primordia esse statuenda videntur: Inordinatum videlicet, quod ex hac mundi materie proficiscitur: ordine verò ornatúque procedens, quod cœlestibus originem fert acceptam: omnia siquidem in hoc orbe ab illis decus, ornamentúmque capessunt. Atque iam in his duobus principiis,† omnium * quæ ratione & experientia ipsa] in diebus decretoriis intelliguntur, causas inuenire conabimur, hinc facto sermonis exordio.

CAP. II.

OMnium certe superiorum astrorum potentia fruimur: verùm Sol maximè hunc orbem exornat, & concinne disponit: quippe veris, æstatis, autumni, & hyemis autor alius nemo extat: nec alius tam manifesto vel ex terrestri fæce animalia generare potest, neque fruges maturare, neque ad coitum & generis propagationem animantia prouocare. Magna sanè & Lunæ opera in hac rerum substantia apparent:

rent, verùm Solis effectibus posteriora. Etenim menses hæc perpetuo ordinatíque euidenter adeò in marinis belluis: quanquam & hoc ipsum Solis beneficio debet. Nouum enim lumen sortitur, quum Sole primum fruitur: tanta autem eius portio semper illucescit, quantam Sol aspicit: prorsus autem deficit, lucísque expers redditur, vbi terra suo interuentu ipsam obtenebrarit. Quapropter à Solis recessu omnes mutationes sustinet. Etenim plena est quum diametra apparet. Aequa portione diuisa διχότομος Græcis appellatur, quum quadrangula est: gibbosa, quum triangula: & falcatam speciem refert: sex angulis prædita. Atque tunc primum recens est quum post Solis congressum apparet. Obscuratur omnino, quum Solis lumen circa eam emergit. Igitur fructus auget, incrassátque: animantia implet: ad hæc menstruorum statum tempus mulieribus conseruat. Item comitialium circuitus custodit, inde, quòd solis plus vel minus participat. Omnia siquidem quæ facere nata est, vbi falcis figuram repræsentat, languida fiunt: inualescunt, quum plena fuerit. Quapropter & † *Visu su* fruges interea adauget, & maturat celerri- *ex Plinio* me: ferarum occisa corpora in tabem † vi- *addidit in* su suo resoluit, somnóque sopitis sub eius *terpres.*

lumine,vel aliter diutius immoratis,pallorem & capitis dolorem conciliat. Vt igitur luna ſolis auxilio in omnibus indiget, ita ſol nihil vel maximi alterius cuiuſdã aſtri, vel ipſius lunæ operam deſiderat. A nullo enim impeditur,quo minus æſtatem faciat, quum in vertice noſtro conſtiterit: aut frigus adducat,ſi humilis eius curſus fuerit: aut æquinoctium vtrunq; conſtituat,quum modice obliquus videtur.

CAP. III.

SEd ipſe velut rex quiſpiam maximus eſt: Luna verò vt princeps non mediocris, inter illum & nos medius conſtitutus,terreſtrem regionem merito gubernat, non potentia cæteros planetas, ſed vicinitate exuperans. Huius rei gratia maximè frigus locum noſtrum occupat,quum ſol ad hyemalem plagam declinauerit: tunc calor nos exercet,vbi ſupra verticem noſtrũ, aut prope ipſum fertur. Luna verò particulares cuiuſque menſis dies diſponit,paruæ mutationis facultatem habens,eámque non ſimpliciter ex ſe,verùm ex ſolis aſpectu cõſequitur. Vehementiores itaque mutationes eueniunt,vbi ipſa cum Sole coit: inſuper in apparitionibus plenilunij,minores his contingunt, dum medio orbe apparet:

obſ

obſcuræ,dum curuata in cornua ac falcata videtur. Nam validiſsima eorum quæ prius erant,mutatio,coitu Lunæ,& dum † obſcuraſcit], committitur:quippe quæ prius apparebat, nunc nulli conſpicitur. Dein diametra lunæ *ſtatio]tanquam diſtinguens eam,in binaſque partes ſecans contrarias Lunæ eiuſdem diſpoſitiones, omnium eſt validiſsima:quòd verò diſpoſitio incrementum diminutioni maxime ſit contraria, verbis non indiget. Poſtea huius congreſſus, & apparitionis plenilunij duæ diuiſiones dichotomi medium vtraque ſecant,augmẽti tempus prior, diminutionis altera. At omnium extremæ obſcuriſsimæque aëris ambientis conuerſiones infalcatis incuruiſque apparitionibus fiunt,magis autem incuruis:nulla ſiquidem in eis magna mutatio,ſicut falcatis apparet. Quare Aratus ipſas non ab re neglexit,tanquam obſcuras exiſtentes. Conuenit autem eos laudare,qui de his ſcripſerint,tanquam ne vel minimum quidem omittentes. At in pleniluniis conuerſiones,& his adhuc magis in congreſsibus,proprium hoc præter cæteras habent. Illæ ſiquidem celerrimas ſtatim mutationes faciunt: Coitiones verò ſeu cõgreſſus,inæquales & diuturnas. Nam quid ante Lunã apparentem manifeſto pronun

† *In græc. codi. imparebat, nunc nulli conſpicitur]* *preſſis lemetra lunæ *ſtatio]tanquam diſtinguens* *gitur καὶ eam,in binaſque partes ſecans contrarias* *παλάμητε* *Lunæ eiuſdem diſpoſitiones, omnium eſt* *ἄκρα. i. illuſtratur. validiſsima:quòd verò diſpoſitio incremen-* *in veteri tum diminutioni maxime ſit contraria, ver-* *cod. habe-* *bis non indiget. Poſtea huius congreſſus,* *tur, μὲν* *& apparitionis plenilunij duæ diuiſiones* *dichotomi medium vtraque ſecant,augmẽ-* *λάμπε-* *ti tempus prior, diminutionis altera. At* *ἄκρα. i. nõ* *omnium extremæ obſcuriſsimæque aëris* *illuſtra-* *ambientis conuerſiones infalcatis in-* *tur.* *curuiſque apparitionibus fiunt,magis au-* *In vete-* *tem incuruis:nulla ſiquidem in eis magna* *ri codi. le-* *mutatio,ſicut falcatis apparet. Quare Ara-* *gitur non* *tus ipſas non ab re neglexit,tanquam ob-* *τάσεις vt* *ſcuras exiſtentes. Conuenit autem eos lau-* *in impreſ-* *dare,qui de his ſcripſerint,tanquam ne vel* *ſis, ſed φαύ-* *minimum quidem omittentes. At in ple-* *σις. i. illu-* *niluniis conuerſiones,& his adhuc magis* *minatio.* *in congreſsibus,proprium hoc præter cæteras habent. Illæ ſiquidem celerrimas ſtatim mutationes faciunt: Coitiones verò ſeu cõgreſſus,inæquales & diuturnas. Nam quid ante Lunã apparentem manifeſto pronun

nuncies, non est. Longum autem hoc tempus † occultationis] est, integri ferè signi cursum explens. Porrò mutationem ex incremento ad diminutionem, punctum exacte definit: liquet autem hoc lunam quasi momentaneo tempore pertrãsire. Ratione igitur breues plenilunij mutationes sunt, diuturnæ, coniunctionales. Nam occultationis tempus sibiipsi simile est: quod prima apparitio habet, occultationi vicinum est, tum propter plenilunij particulæ apparentis paruitatem, tum ob luminis obscuritatem, & breuitatem temporis, quo supra terram fertur.

† *In græc. codi. impres. mendose habetur*, κρί- *pro* κρύ- *vt habet vetus codex.*

CAP. IIII.

TVta igitur crisis euadet, quando in toto mense status secundo die fiet, quo primo & manifesto Luna, & longo satis tempore super terram iam apparet, & lumen sensibile de se mittit, ad hæc vmbram euidenter ostendit. Primus autem dies tandiu lunam supra terram vagantem habet, quandiu adhuc Solis etiam lumen post occasum retinet. Quare in hoc Luna simul cum Sole occidit: subinde verò & prior est occidua, & secundo die primum eluescit: nunc minus, nunc magis apparet. Atque hoc ei ac

ei accidit longitudine à Sole receſſus, qui ob peculiarem Lunæ motum fit. Non enim ex æquo ſemper mouetur, tum propter latitudinis immutationem, tum propter ſignorum occaſum non æquali tempore euenientem, inſuper ob præteriti congreſſus tempus. Vnde non ſemper vnum tempus eſt, quo clare Luna conſpicitur: plerunque triduo in coitu Solis remorata, planè inuiſibilis eſt, quo nondum hæc terrena immutare poteſt. Et quodam modo tempus tum peculiaris eius circuitus, tum in nos actionis in idem recidit. Etenim circuitus vicenis diebus, ſeptenísque & tertia ferè diei parte peragitur. In tanto enim tempore totum ſigniferi circulum percurrit. At quòd is circuitus, quo nobis luceſcit, eidem quoque numero conueniat, perſpicue ſanè intelliges, ſi occultationis tẽpus ex toto menſtruo tempore eximas. Quòd autem menſtruum tempus non omnino triginta diebus conſtat, ſed minus vnius diei ferè dimidio, Hipparcus integro vno libro demonſtrauit. Quin & vulgus propè vniuerſum nouit menſium alium, quem κυλλὸν, Græci nominant, quaſi mutilum & imperfectum dies viginti nouem obtinere: alium, nempe abſolutum, triginta. Nam vniuerſos vtrorumque dies quinquaginta nouem eſſe

esse oportet: siquidem vterque omnino triginta, minus dimidia diei parte continet.

CAP. V.

QVemadmodum igitur annum integrum Sol absoluit, ita Luna mensem, immutatione per septimanas ei accidente. Nam vtrunque tempus, & quo post primam apparitionem in medium orbem accrescit, & quo inde plenam efficit, septem diebus absoluitur: ambo quatuordecim. Simili modo si inde, quum equali portione diuisa est, ad secundam diuisionem eiusmodi rationem subduxeris, & hos dies reliquósque, quum planè ab oculis Luna declinata est, septem inuenies. Cæterùm aëra nos ambientem magnas afferre mutationes, dum Luna primum occultatur, & rursus primum apparet, nemo mortalium ignorat: maxime ii, quibus hoc studij est, agricolæ & nautæ, qui statum aëris tunc vocant, quum Luna primũ apparens, vento cuipiam opponitur. Quamobrem Aratus quodam in loco verissime scribit de Luna, vbi primum post coitionem apparuerit, hoc modo inquiens:

Cynthia si cornu, quod se sustollit in altum,
Incuruum specie velut annuat, adfore cælo
Sæua procelloso prædicet flabra Aquilonis,

Rur

Rursus eò veniet pluuius Notus, hanc vbi partem
Ponè supinari conspexeris, inque recliuem
Sponte habitum: at si lumen tertius ortus
Proferat, atque deæ conuoluat circulus oras
Suffusus rutilo, mox tempestate sonora
Spumosum latè pelagus canescere cernes.

Quinetiam hæc in eodem libro scribit:

Non vnum deprehensa diem tibi signa loquuntur.
Sed quæ signa nouo dederit nox tertia motu
Quartáve sustollit medios dum Cynthia vultus,
Turabunt cœlo: medio quæ edixerit ore.
Altera prouisæ ijs signantur tempora Lunæ.
Illa dehinc donec germani luminis ignis
Accedat Phœbæ, mensis postrema notabunt.

Non ad omne tempus, quod ab initio fuit, primæ apparitionis signa sufficere confirmat: sed plenilunium, eiúsque dimidium mutationes quasdam afferre. Cæterùm omnis velox mutatio, crisis appellatur, & constitutionem lunæ, dum effigiem falcatum maxime repræsentat, dicunt: deinde ad plenilunium similiter transferunt, vocãtes. Hoc enim validas vires occupat: verùm semilunaris statio imbecillior eo est: & si hæc quoque de aëre decernat. Quare mensem à luna immutari secundũ septimanas, iam est

per

perſpicuum. Quòd autem aliæ res vniuerſæ inde quoque mutantur, id omnibus non perinde conſtat, ſed iis qui huiuſmodi accurate obſeruarint, in confeſſo ſunt. Ad hæc poſt ſeminis conceptionem omnis imprægnatio. Inſuper nihilo minus hac & poſt partum adauctio, item omne actionis initium magnas alterationes in ſeptimanos circuitus retinet. Quæ nanque † omnibus quæ ſubſiſtunt, incidunt, horum cauſam Luna habere obſeruata eſt, maximéque in tetragonis & diametris ſtationibus ea immutans. Nam ſi Luna in tauro exiſtente ſemen concipiatur, vel partus, vel omnino alterius cuiuſdam rei principium contigerit, magnas eius mutationes inuenias, quum in leone, ſcorpio, & aquario ſigniferum ambit: verùm in leone tetragonos, id eſt, quadrata ſtatio ſeptimanæ vnius exiſtit. In ſcorpio diametra duas ſeptimanas habet. Ita quoque in aquario, ſecunda quadrangularis ſtatio in tertiam ſeptimanam procedit, idque neceſſario: quòd Luna, ſicut ante diximus, vicenis diebus, ſeptenisque, & particula quadam adiecta, maximè tertia diei parte vniuerſum ſigniferi ambitum peragit. Si nanque in tanto tempore totum orbem pertranſire oportet, conſtat quartam ipſius partem in ſeptem propè diebus eam

† *In græ. addi.* ἐφ' ἡμέρας. *i. in diem.*

expe

expediturum. Proinde huius te maximè meminisse conuenit, nempe Lunæ transpositionem in tetragonon non diebus septem integris circumscribi.

CAPVT VI.

PORRÒ illud denuò repetẽdum est, quod nos quoque admodum diligenter obseruantes verisimum semper esse comperimus, ab Aegyptiis astronomis inuentum, Lunam non modo ægris, sed etiam sanis, dies quales tandem futuri sint, posse prænuntiare. Si etenim ad Planetas temperatos steterit, quos iam & salutares Latini, ἀγαθοποιοὺς Græci nominant, faustos ac bonos producere: Si ad intemperatos, graues molestósque. Fingamus homine quodam nascente salutares Planetas in ariete, malignos in Tauro esse: is homo nimirum quũ Luna in Ariete, Cancro, Libra, & Capricorno fuerit, pulchrè deget, quum verò taurum ipsum, vel tetragonum aliquod, vel diametrum signum occupat, malè tunc & molestè vitam transiget. Atque iam morborum initia huic, quum Luna in Tauro, Leone, Scorpio, & Aquario fuerit, pessima. Sine periculo autem & salutaria sunt, quũ Arietem, Cancrum, Libram, & Capricornum

Luna permeat. Ad hæc alterationes magnas, quas in tetragonis, & diametris per ſeptimanas fieri diximus, in lethalibus quidem morbis, lethales & ipſas: in ſalubribus bonas euenire neceſſe eſt. Quamobrem Hippocrates etiam maximè damnat immutationes, quæ in diebus decretoriis ad peiora declinant: quippe quòd lethalis morbi ſymptoma ſit, quemadmodum (vt arbitror) benigni, ſeu ad ſanitatem tendentis contrarium. Quòd ſi quis hic cauſam, cur quadratæ & diametræ ſtationes ſint potentiſsimæ, quærat, is longiſsimè à propoſita diſputatione digreditur. Nam in præſentiarum non primas cauſas omnium, quæ ad Aſtronomiam pertinent, ſed quæ propoſito noſtro conducant, inquirere cogitamus. Vtiles autem cauſæ ſunt, quæ ſeptimanæ naturam interpretantur. Rurſus igitur eas in ſummam colligamus. Lunæ tetragonæ & diametræ ſtationes in principiis bonis bonas faciunt alterationes, in malis malas. Atque hoc præter id quod Aſtronomis in confeſſo eſt, integrum eſt & tibi obſeruare. Sin autem huiuſmodi deprecaris, nec iis fidem adhibes qui obſeruarũt, indubiè Sophiſtarum vbique nunc obſtrepentium aliquis es, qui ratione manifeſto apparentia nos approbare, poſtulant, quum

econt

econtrario ex euidenter apparentibus, abditorum ratiocinatio indaganda esset. Ita suo quæq; res principio circuitus sequentes vniuersos consonos habet.

CAPVT VII.

CIrcuituum verò alij numero quodam dierum constant, alij mensibus. Iam verò qui diebus constant, septimani sunt, & Lunæ modo incedunt: Qui mensibus, ad Solem referuntur, eodem modo euenientes. Iterum enim ab Hippocratis verbis initium sumendum est, æstiuos morbos dicentis hyeme solui, hyemales æstate. Hoc quidem longorum morborum & quasi dicas annalium iudicij statum tempus est, quemadmodum acutorum decimus quartus dies. Quum enim à mensis principio adusque plenilunium tempus, totius Lunaris circuitus dimidium existat, eandem rationem habet cum interuallo, quod ab hyeme ad æstatem vsque intercedit. Quin etiam à plenilunio ad occultationem tempus, spatio quod ab æstate ad hyemen vsque porrigitur, proportione respondet. Sed horum vtroque bifariam secto, in acutis morbis septimana est: in diuturnis clarissimorum syderum exortus, quorũ ratione Ver,

æstas, hyems, & autumnus describuntur. Non etenim pari dierum numero hæc secundum vllius Astronomi sententiam diuisa sunt, verùm manifestis circumfluí aëris mutationibus, distinguuntur, aut alio rursus modo. Quemadmodum septimana acutorum morborum est decretoria, sic temporis annui mutatio diuturnos morbos discutit: vt hyeme quidem constitutum morbum Ver dissoluat: in Vere cõflatum, æstas: simili ratione per æstatem contractum, autumnus: in hoc paratum, hyems. Cæterùm anni tempora singulis partibus bifariam diuisis, mensis quaternionibus proportione respondent. Quin Astrologis etiam dicitur, quem in modum anni temporis cuiusque & initium, & finis, syderum manifestorum ortu & occasu describitur, in eundem quoque singuli medietas alterius rursus syderis exortu distinguitur. Itaque vniuersas particulares morborum mutationes, vel tanquam ad proprium ipsorum principium, vel ambientis nos aëris conuersionem euenire necesse est. Qui igitur ex proprio principio mutantur, Lunam sequuntur: qui verò ceu ab aëre nobis circunfluo immutantur, in toto quidem anno Solem, in singulis mensibus Lunam. Hinc iam accidit mutationes validissimas esse, quæ videlicet,

delicet cuique per ſeptenos dies propriè contingunt: quamuis etiam ipſis ferè commiſceantur, quas aër excitat. Quare merito inde, quòd ſemper eodem modo accidant in id, vt in plurimis morbis fiant, recidunt. Adhuc autem magis acceſsionum violentia criſes ante tempus inuadere compellens, ipſarum ordinem perturbat, vt in ſermonis proceſſu dicemus. Ad hæc varia ægrorum in ſe peccata, Medicorúmque, ſi Medici appellandi ſunt, non artis corruptores, qui hoc ſeculo permulti ſunt. Nec minus illa quæ ægris propter miniſteriũ non rite adminiſtratum, & extrinſecus accidunt nonnunquam, vti prius diximus. Igitur ſeptimanarum circuituum virtutem mirari conuenit, ſi tot cauſis eos imminuentibus, multo tamen aliis fortiores inueniuntur. In acutis quidem morbis coincidentes decretorij plures ſunt: quoniam & corpus mutationi accommodum, in motu & perturbatione vehementi conſtitutum eſt: In longioribus, via & ordine magis ſeptimanarũ circuitus procedit.

CAPVT VIII.

QVapropter ab acutis omnibus ordine incipiemus denuò, decernentium

dierum causas inuestigantes. Iam quidem in primo febres diarias solui contingit, idque ferè nulla tum vehementia, tum perturbatione notatu digna. Et quanquam nonnulli Hippocrat. quoque dies decretorios in Epidemion primo enumerante primi meminisse putant, duplici tamen nomine errant, circuitus enim primus, & non dies primus manifesto scriptus est, in parium impariúmq; dierum catalogo. Quēadmodum igitur in parium enumeratione primum circuitum præfatus, quartum diem inducit: ita in mentione imparium, tertium. Atqui multo magis ignorant, quod à fronte operis Prognostici descriptum reliquerit de facie emortua. Quòd si ob huiusmodi causas hæc faciei species orta est, vna die noctéque iudicatur: non intelligentes loco verbi probatur & cognoscitur dictum esse, hos igitur missos faciamus. Principium autem dierum qui acutè decernunt, & cum perturbatione quadam morbos murant, tertium, ab ipso principio statuere oportet, veluti prius dictū est: quippe qui nullam iam cum prima septimana communionem habeat, sed coincidentibus existat. Siquidem quaternio, quòd septimana in duas partes secta absoluitur, ideo permagnam facultatē obtinere, in priore ser-

mone

mone dictus est. Tertius verò & quintus licet alia nulla ratione quàm quòd iudicia cũ accessionibus fiunt, coincidant, non minus quarto die decernunt: quoniã hoc ipsum & ab experientia testimonium habet, & ratione contemplantibus nõ obscura eius causa est. Nam perturbationis violentia naturã, ea quæ molestant, etiam ante tẽpus propulsare compellit: quippe virtus ipsa est alienorum expultrix, quemadmodum in opere de Naturæ facultatibus antè demonstratum est. Tempus autẽ actionis in fine alteratoriæ facultatis est: tunc enim functionẽ obire expultrix facultas, omnibus secundũ naturam absolutis, oportẽ debatur, quum illa ab actione desitierit. Verùm ante perfectã coctionem interim quæ offendunt, amoliri cogitur, vt interdum concoctione iam absoluta moratur adhuc, & lentè propter imbecillitatem munus subit, vtrunque in ventriculo clarè licet contemplari. Instigatus enim concoctionis tempus non expectat, sed protinus etiam idoneum cum eo quod molestat, excernit: & iam satis concoctum interdum lentè ac cunctanter superfluum imbecillitatis vitio expellit. At quum naturali habitu fruitur, perfectæ concoctionis tempus, ipsius recrementorum expulsionis terminus est: quem neque præuertit, neque

præsentem adhuc moratur. Cæterùm vt in ventriculo, sic in singulis totius corporis partibus alienorum expultrix facultas esse ostendebatur, quæ meo sanè iudicio crisim in morbis efficit, atque propterea optimæ fiunt, quum iam omnia in animantis corpore concocta fuerint. Præuenire autem crisim, quod Hippocr. προσαπήγγυκε, quasi dicas prærumpere, appellare consueuit, pernitiosum est. Nam idonea simul cũ iis quæ lædunt, excernuntur: fitque hoc natura incitata, vel ab exteriore quodam, vel ab iis quæ in ipso corpore detinentur. Extrinsecus igitur est Medicus, qui parũ rectè quid fecerit, æger, famuli, atque alia quæ propriè exteriora nominantur. In ipso corpore offendunt morbi ipsi, eorúmque causæ & accessiones. Cõsidera iam mihi tale quid in natura accidisse, quod hominibus infirmis contigit: qui à fortioribus quibusdam irritati, pro necessitate impetum faciunt, inuadúntque eos, & imparati pugnantes superantur. Quinetiam onus deponere quis volens, interim vel inuitus cum eo concidit. Item vehementius quis currens, deinde seipsum retinere nequiens, inuitus contra conuallem delatus est. Omnia hæc exempla malis iudiciis attribuuntur, de quibus in opere de Crisi copiosius dicturi sumus.

Sed

Sed nunc quoq; neceſſarium dicetur, quum inſtituerim quidnam verbo προκρίνυσθαι Hippocrat. ſibi velit, interpretari. Etenim fieri non poteſt, vt qui de diebus decretoriis quippiam referre aggreſſus ſit, nihil de criſi etiam dicat: vel qui de criſi doceat, non etiam de Diebus decretoriis verba faciat. Verùm ſermo ad propoſitam inſtitutionem ſemper reuocandus eſt: & tantam adhærentium mentionem facere oportet, quanta neceſſaria eſſe videtur. Vnum iam ex illis, quæ naturam ſtimulant, & veluti prouocant, acceſsio eſt, nullam quietem, nec moram concedens, verùm incitans mouénſque, & veluti dixeris pugnam indicens. Vnde acutorum morborum in diebus imparibus iudicium contingit, in his enim & acceſsiones ſunt. Quæ igitur cauſa ſit, ob quam in acutis morbis tertio quoque die plurimum acceſsiones quoq; fiant, in longis autem vel quotidie vel quarto: non promptum eſt inuenire, nec in præſentia diſquirere neceſſarium. Quòd verò ſic eueniunt, oculis vſurpare licet. * Si enim interponamus vt etiam apparent, ſecunda ab initio acceſsio ad tertium diem delabetur, tertia ad quintum, quarta ad ſeptimum, quinta ad nonũ. Omnes autem in imparibus fiũt. Quum ergo natura nõ cõuenienti ſemper

In Græc. cod. Ald. hic addit. ἡμὶ πρὸς τὰ παρόν τε λόγου ἀρχῆς ἴχεα, id eſt ad præſentia rationem ex principio habet. In editione Baſilienſi omiſſum eſt, nec animaduertiſ. tulit, & fortaſſe nihil ad rem facit.

tempore de morbis decernat, sed concitata plerunque aliàs ab aliis causis, à quibus accessio in morbis acutis maximè continua redditur (ostensa verò hæc est in impares incidere) in imparibus plurima acutorum morborum iudicia fieri ratio est. At dies ipsi primariam decernendi virtutem non habent (semper enim huic animum adhibere oportet) sed per accidens aliquod sic eueniunt. Prædixit opinor, manifesto iam hoc accidens, siquidem ratione qua morborum iudicia frequenter in accessionibus accidunt, hæ autem in dies impares incidunt: eadem in morbis acutis imparibus diebus indicia contingunt. At si dierum numerus ipse decernendi facultatem haberet, non frequenter diebus imparibus, rarò paribus, verum perpetuò imparibus, nunquam paribus de acutis morbis iudicium fieri oporteret. Neque enim septimi, vel quarti numerus crisis autor est: sed quòd Luna innouante & terrena immutante, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, merito in ipsis tanquam statis alterationum tempora inueniuntur. Quippe mutationes non numeris, sed Lunæ terrena debent: at quum id quod mutat, in motu consistat, tempus mutationibus necessariò coniunctum est:

qua

quare neceſſariò & numerus. Non igitur quòd omnis par numerus fœminam, impar maſculũ referat, acutorũ iudicia imparibus diebus accidũt, neq; enim impar abſolute pari fortior eſt: neque ſi fortior iam fœminino imbecillior: neq; ſi fœmininus quidẽ hic, maſculus autem alter ſit, acutos morbos in maſculis numeris iudicari, diuturnos in fœmininis, rationi conſentaneum eſt. Omnia ſiquidem quæ de numerorum virtute nugãtur, tam facile abſurda eſſe deprehendimus, vt mihi ſubinde mirari ſubeat Pythagorã illum tum ſapientẽ virum numeris tantum tribuiſſe. Atqui nunc aduerſus ipſos garrire non vacat. Nam ſatis eſt ad rem inſtituram, terrena Lunam immutare, & in ſeptimanis potiſsimũ magnas parere mutationes: poſt, in quaternionibus exiguas: ad hæc, criſim acceſsione plurimum indigere: itẽ acceſsiones tertio quoque die in morbis acutis euenire: his etenim ſubiectis, acutos morbos in imparibus diebus magis ad iudicium tendere neceſsitas erit. Huius rei gratia tertius & quintus merito decernunt: non ex lunari circuitu decernendi potentiam ſortiti, ſed quòd tertius violenta acceſsione criſim quarto die futuram præuertat. Et per Iouem naturã dum quarto die laſſa, nec quouis modo inci

incitata conquieſcit, quinto ad iudiciũ com mouetur. Nam hic vero decretorio tardius venire, tertius paulò magis anticipare in decernendo videtur: quod vicini ambo verè decretorij acceſsiones ſuſceperint. Iam verò & nonus inter duos decretorios, ſeptimum & vndecimum medius, vel non factum in ſeptimo die iudicium, vel vndecimo futurum, ipſe ſibi vendicat: rarius quidem ſeptimi, ſæpe vndecimi criſim aſſumit. Etenim peculiare ſeptimo diei iudicium non ad nonum, modo pauci errores commiſsi ſint, vnquam peruenerit. Sed hoc libris De criſi declarabimus. Vndecimi propria criſis econtrario habet, nempe &

In veteri legitur non σφοδρότατας τῶν παροξυσμῶν, ſed σφοδρότητας τῶν παροξυσμῶν. i. vehementiã acceſsionum.

quum exactè omnia geſta ſint, & violenta noni diei acceſsio inuadat. Porrò iudicia huiuſmodi diebus propter *acceſsiones vehementiſsimas] incidere, clariſsimè demonſtrat, quòd videlicet in diuturnis morbis non ſimiliter eueniunt. Sicut enim acceſsionum vehementia, ita dierum quoque coincidentium numerus in illis minuitur: ſic rurſus acceſsionis vehementia criſim alio quàm ſtato tempore fieri compellit. Quare in omnibus ferè diebus peracutos morbos iudicari videre licet: quoniam vltimus ipſorum dies decretorius eſt ſeptimus

mus,& ante hunc non quartus modo, ſed etiam tertius, quintus,& ſextus aliquando decernunt. Quin, vt dicebatur, & de primo quæſitum eſt an decerneret. Reſtat itaque tantum ſecundus ordine firmè decretorio elapſus. Sit autem, ſi vis, & primus: ſed tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus omnes decernunt: idque omnes dies in peracutis morbis poſt eorum principia propter acceſsionum vehementiam facere videntur. Igitur ſextus etiam, etſi nec inter decretorios, qui circuitu conſtant, nec impari numero aſcribatur, tamen & ipſe perſæpe decernit, quoniam intra peracutorum terminum continetur. Vniuerſi autem tales alterum duorum habent vel continuam febrem, σύνοχον appellant, quæ à prima conſtitutione eundem tenorem ſine manifeſta declinatione ad criſim vſque, vti diximus, ſeruat: vel & aliam, quæ etſi manifeſtas habeat declinationes & acceſsiones, non tamen tertio quoque die manifeſtas tantum habet, verùm in ipſorum dierum quoque mediis quemadmodũ & ſemitertiana. Proinde prima peracutorum differentia velut vna quædam eſt acceſsio. Quamobrem nihil, quantum ad acceſsionem pertinet, impares paribus præſtabunt, quum febris ſingulis diebus æqualis exiſtat. Secunda, etſi

per

per triduum magnas habeat acceſsiones,& veluti circuituum principia,tamen medius ipſorum dies tantum & ipſe in peracutis morbis acceſsionem frequenter affert, vt etiam magnis aliorum quorundam morborum acceſsionibus nihil ſit inferior. Quum igitur morbus velut ad ſeptimum diem feſtinat,& ſecundum ipſius rationem in eodem finiturus eſt:mediæ verò acceſſionis magnitudo naturam ad criſim ante ſuum tempus venire compellat: vel ſi extrinſecus aliquid eueniens, ipſam irriteriſic criſis ſexto die prærumper. Atque hæc tanto peior eſt ea,quæ in ſeptimo futura erat, quanto magis ipſam præuertit. Peſsima verò criſis ſecundum aliam rationem ſexto die accidit, quam in opere De iudiciis plenius enarrabimus, quippe ad illud proprie pertinet,bona malaque iudicia diſtinguere.hic tantum de diebus decretoriis diſſerere ſtatuimus. Sed quia ſemel de ſexto die vniuerſa dicere parauimus, hoc quoque adhuc ſummatim adiungemus. Inuadunt quidam morbi,ſecundum diem primo grauiorem habentes, quartum tertio, & totas acceſsiones in diebus paribus, qui longorum morborum naturam quemadmodum in commentariis De criſi oſtendemus, habent:protinus autem,vt acuti,propter

pter acceſsionis vehementiam finiuntur: hi etiam ſecundo die interficiunt & quarto, ſed ſexto plurimos. Etenim in ſecundo die natura aliquo modo valida eſt: item in quarto adhuc magis quàm in ſexto, ſed nondum in certamen venire audet: in ſexto autem acceſsionis vehementia frequenter eam ad certationem prouocat. Quare alterum è duobus ſuſtinet: vel in ea concipit, & prius quàm quæ offendunt, excreuerit, extinguitur: vel plurimus ex eis propulſat. Reliquum verò adhuc non poteſt: verùm imbecilla & defatigata prorſus cadit, & victa iacet. Deinde ſi poſtero tempore aliquo pacto recreari ac refici potuerit, paulatim morbum concoquit. Quòd ſi morbi reliquiæ eius robore maiores ſint, tandiu æger ſuperuiuet, quàm natura adhuc ſufficere poteſt: morietur tamen poſtea. Iam verò de diebus coincidentibus abunde dictum eſt.

CAP. IX.

CVr autem & vigeſimus, & vigeſimus primus multò magis vigeſimus decernit, explicabo. Primum, quoniam huiuſmodi morbus diuturnus iam eſt, & paribus diebus acceſsiones fiunt: deinde quòd ſeptimana non integris ſeptem diebus conſtet, veluti prius expoſitum eſt. Nouit hoc quoque

que Hippocrates, sic in opere Prognostico
» inquiens: Hæ igitur accessiones per qua-
» tuor in viginti aucta, finiuntur. His subiun
» git. Verùm huiusmodi supputatio, per inte-
» gros dies nimirum fieri non potest: quippe
» quum nec annus, nec menses ipsi integris
» diebus numerentur. Nam vt annus ad tre-
centos sexaginta quinque dies particulam
In vete ri cod. legitur μεῖον, id est minorem. diei *maiorem] quarta adiectam habet, tũ
mensis ad triginta dies absoluendos vnius
dimidium desiderat: sic & septimana, sexta
maximè diei parte, vt septem integros ha-
beat indiget. Quamobrem tres septimanæ
non vnum & viginti dies integros, sed mi-
nus fere vnius tota dimidia parte conse-
quuntur. Ob quod etiam numerum huius-
Μέδοσὲ legitur in græc. impressis codd. ἐνανρίαις id est, contrarijs pro ἐμ ἀρτί- aus. id est, in paribus, vt habet vetus codex. modi non magis viginti, quàm vni & vigin
ti diebus vicinum, vtrique parti conuenire
videas. Nam quum totus lunaris circuitus
septem & viginti diebus adhuc tertia vnius
parte absoluatur, ideóque septimana quæ-
libet septem diebus minus sextante con-
stet: tres septimanæ viginti dies, & dimi-
dium habebunt. Quoniam igitur vigesimus
exactam periodum propinquam sibi ven-
dicat, tales iam morbi inueterascunt, & ac-
cessiones *paribus] diebus accipiunt. Quo-
rum autem accessiones in imparibus eue-
niunt, horum, & iudicia ad vigesimum pri-
mum

mum delabuntur. Non ſolum autem Lunæ circuitus, ſed menſtruum etiam tempus apparitionis, virtutem quandam in nos poſsidet, vti prius docuimus. Hic etenim ſigniferi circuitus ſuis cuiuſque rei principiis maxime proprius eſt, & menſtruale tempus quo luna conſpicitur, & ambientem nos aërem immutans, omnibus ex æquo hominibus communem effectum oſtendit. Demonſtratum eſt, & hoc tempus viginti & ſeptem dies propemodū neceſſario continere: ideóque ſeptimana eius minor adhuc prius dicta merito euadet. Siue enim à triginta tres illos coitionis dies, in quibus nihil de aëre decernitur auferre cogites, ſiue à vigintinouem & dimidio, reliquum tempus quo Luna manifeſtum de ſe lumen præbet, priore modo ſeptem & viginti dies, altero vigintiſex & dimidium habebit. Quoniam ergo mutationes corporibus noſtris accidere diximus, quaſdam proprias, quaſdam communes proprias, quæ tanquam ad propria principia ſpectent: communes, quæ ad communem ambientis vſum, ad eundem modum vtroſque Lunæ circuitus fieri contingit, & communes propriis paulò breuiores eſſe. Atque ſic iam ex ſeptimanæ numero quippiam auferetur. Nam ſi propriæ commu-

nis admiſceatur, ſitque paulò diuturnior vita quoque ſeptimanam imminui, & velut in medio quodam propriæ & communis conſiſtere neceſſe eſt. Voco autem propriam, quæ ex ſigniferi circuitu proficiſcitur, nam is cuique noſtrum virtutem affert: communem ex menſtruo tempore ortam, quam ſupra recenſui nequaquam ſeptem & viginti dierum eſſe. Nam ſi à menſtruali tempore exacto, quod ad triginta dies integros vnius dimidium maxime requirere dicebatur, tres coitus, dies ademeris, reliqui videlicet viginti ſeptem minus diei dimidio erunt. Itaque hoc tempus non menſtruale totum in *ſeptimanas diuiditur. Quare commune tempus ſeptimanæ, quod aërem immutat, ſingulis proprio minus erit: quanquam & hoc virtutem habere dicebatur, ideóque nonnihil ex alterius ſeptimanæ tempore auferre, & medium vtriuſque tempus, quod velut mixtum ex eis eſt, plus ſexta parte ſeptimanæ demat. Qua propter exactam vel mixturam, vel ablationem deus tantùm nouit. Quantum verò humana coniectura indipiſci licet, præſtat circuitum earum communem medium inter vtraſque collocari. Quum ergo apparitionis manifeſtæ & efficacis tempus ſit dies

*In vete. Græc. cod. add. τρεῖς, id eſt, tres.

dies vigesimussextus & dimidius, signiferi verò circuitus expleant vigintiseptem dies cum tertia vnius parte, liquet medium ipsorum fore vigesimumsextum diem, ad hæc dimidium, & tertiam maxime & duodecimam vnius diei dimidij partem. Siquidem vbi vtraque tempora coniunxeris, & dimidium acceperis, medium ipsum inuenies. At hoc tempus medium à vigintiseptem diebus duodecima maxime vnius diei parte deficit: quia si in quatuor ipsum diuidas, exactum septimanæ tempus offendes: non sexta modò diei parte, sed etiam maiore indigens. Sumatur enim ex vigintisex diebus & dimidio pars quarta, & ex vnius diei tertia, & duodecimæ erit, autẽ tempus dierum sex: dimidij quinta pars, & particulis aliis minoribus insuper adiectis quæ sunt sexagesimaprima, dein * centesima vigesima, ducentesima quadragesima.] Idem tempus & hoc dici possit dierum sex, & dimidij, & sextæ partis diei, & vigesimæquartæ, & quadragesimæoctauæ. Abest autem huiusmodi tempus à septem diebus vnius diei quadrante, & si exacte computes, sexagesima parte, centesima vigesima, & ducentesima quadragesima. Quæ quum ita se habeant, tres septimanæ viginti diebus, &

* In vete ri Græco cod. habetur, ϛϐ'. id est centesima vigesima secunda.

* *Græcũ exẽplar, id est octo habet, sed malè. qui quidẽ error in describendo committi facillime potuit, quod x. littera cũ sexta numeri vigesimi similitudinem quãdam habeat ipsius x.*

† *Hoc caput in antiãſlatione hic in ipſo initio diuerſam abhac ſententiã habere vide-*

sexta vnius diei parte comprehendentur. Proindeſi hunc in modum exacte rationem ineamus, trium ſeptimanarum numerus paululum * viginti dies excedet, atque his multo magis, quàm viginti & vni erit proprius. Iam ſanè oſtendi ſecundum rerum veritatem & Hippocratis ſententiam quod nihil horum ſupputari poteſt per dies integros, hoc eſt abſolute, citráque fracturam: neque ſeptimana, neque quaternio, neque menſis neque annus, neque aliud quidquis omnium.

CAPVT X.

QVi iam diſputationis huius ſubtilitati ſuccenſet, ac difficilem eam exiſtimat, hunc nemo ipſam addiſcere cogit: verum primus huius operis liber ei ſufficit. Quod ſi non laboris fugitantior ſit, ſecundum quoque adiiciat, à tertio autem abſtineat. Nos ſiquidem hæc paucis planè, iiſque inuitò ſcripſiſſe affirmamus. Vos ô dij immortales nouiſtis, vos in teſtimonium voco hæc me amicorum quorũdam precibus vehementer adactum, ſcriptis mãdaſſe. Nam ſtulti nimirum eſſemus, ſi huiuſmodi ſermonem vulgo conuenire arbitremur.

CAP. XI.

QVoniam † illi vnionem parentis expertem, dualitatem numerum inaudire

dire suauius est:] & alia ratione vnitatem formam esse, dualitatem materiam infinitam: deinde trinitatem absolutam harmoniam, vel perfectum numerum & primum aut solidum, aut planum. Quicquid enim ipsis in buccam venerit effutiunt: & Mineruam aliquem numerum appellant, alterum Dianam, aliam Appollinem. Quemadmodum igitur hoc non ignoramus, ita dicere dedignamur: quum nullam demonstrationem scientificam huiusmodi placitis adducere nequeamus. Et amicis frequenter ipsa re ostendimus, huiusmodi frigidis sermonibus vtenti, siue quencunuis numerum laudare siue reprehendere voluerit, procliue esse. Nam eo stupiditatis veniunt, qui huiusmodi nugantur, vt quum vel de septimana, vel de alio quouis dixerint, non contenti solis huiusmodi ineptiis addant. Pleiadas septem & vtranque Vrsam ἑπτάστρουν, id est, septistellã: etenim sic nominant. Imo & Thebarum ἑπταπύλων, quasi dicas septiportarũ meminerunt, videlicet septem portarũ quæ sunt Thebis. At quid ad rem propositam spectat, si Pleiades septem sint, Dionem laterali morbo laborantem septimo die de morbo iudicium sustinuisse? Etenim aliàs nono, aliàs decimo die crisim habuit. Quid autem similitudinis est, si septem Nili ostia,

tur. Grec co. impre fortasse sunt de- prauati.

Theonem pulmonis vitio ægrotantem, ſeptimo die ad criſim peruenisſe: nam aliquã do quarto, interdum quinto morbi finem accepit. Verùm vt in aliis omnibus duplex vitij cuiuſque ac prauitatis natura eſt, exceſſus & defectus, ita hic quoque nonnulli veritatem de ſeptimana dicere conãtes, prorſus auerſantur: quippe qui ſermonẽ quemlibet ſummo odio proſequuntur. Nonnulli in tantam nugacitatem incidunt, vt etiam ea quæ ad rem nihil pertinent, commemorent: Vtrique, inquiunt, Vrſæ ſeptem ſtellæ ſunt. Primum ſanè verum non eſt, ſed hoc extremam eorum inſcitiam coarguit. Eſto iam verum, ſed neque Bootes, neq; per ipſas Vrſas Draco ſeptẽ ſtellas obtinet. Pari modo nec Corona, nec Ophiucus, nec Cancer, vel Leo, nec omnino vllũ ex duodecim ſignis, in quibus planetę feruntur: etſi illa terrena exornare atque etiam diſponere non aſtronomis modo: ſed etiam philoſophis clariſsimis in confeſſo habetur. Quamobrẽ nec recipiendi ſunt nugatores, nec cogendi qui huiuſmodi ſpeculationem ſemper refugiunt.

CAP. XII.

AMe itaque veritatem ipſam, quantum homini licet, inuentam eſſe puto, quã qui

quidem & Hippocrates prius cognouerat, ſicut & præſcriptis verbis indicauit. Vulgare autem medicorum genus præ ſegnitie eam ſubticuit. Enimuero nec aliud quippiam ab Hippocrate fruſtra ſcriptum inuenio, nec illud, quòd vlla computatio totis diebus fieri nequit. Atque principium non aſtronomis tantùm, vel naturalibus philoſophis, ſed agricolis quoque & nautis, hominibúſque omnibus receptum aſſumens: Lunam videlicet terreſtrem plagam veluti principem quendam magni regis Solis, immutare: † huius] circuitus dies decretorios ſequi demonſtrauimus: ad hæc coincidentium dierum cauſas indicauimus: item, cur tres ſeptimanas ad vigeſimum, non ad vigeſimum primum potius Hippocrates voluerit deducere. Cæterùm his demonſtratis, nullum adhuc negotium eſt, quare primam ſeptimanam à ſecunda ſeparet, hanc autem tertiæ coniungat, inuenire. Neque enim ſecundam primæ, criſi ad vigeſimum quartum diem perueniente, coniungere ratio poſtulabat: neque tertiam à ſecunda remouere, quum vigeſimus magis, quàm vigeſimus primus iudicia excipiat. Quoniam verò inter ſeptimanas ipſas duæ ſolum primæ ſeparantur, tertia copulatur: perſpicuum eſt quaterniones quoque nonnullos, neceſ-

† *In veteri græco codi. pro* τανύτης *legitur* τατ- *ἀύτατις. i.* *huiuſce-* *modi.*

sario coniungi, alios separari. Itaque secundus ternio & primus coniungentur, quòd vnius septimanæ primæ bifariã diuisæ particula vterque sit. Tertius à secundo disiungetur, quoniam & septimana secũda à priore separata est. Tertius autem quarto copulatur, quoniam secundæ septimanæ vterque particula est. Hic itaque rursum quartus propter tertiam septimanam secundæ coniunctam, quinto copulabitur. Adiungetur etiam sextus quaternio quinto, in decimo-septimo die: tanquam tertiæ septimanę pars vterque existens.

CAP. XIII.

QVapropter ad bonam victus rationem instituendam vtilissima est iudicij temporis prægnotio. Num verò acutum, vel diuturnum, vel alio modo morbum nominare conueniat, qui vigesimo die, verbi gratia, finiendus est, id nihil ægro præsidij affert. Potest enim quispiam ne locutus quidem, imò qui nec prorsus cogitauerit, quinam ipse vocandus sit, probum victus modum ægro instituere, modo nihil ex aliis præterierit, quæ huc conferre videntur. Iam sanè veritatem simul & vtilitatem exposui: atque sophistarum cauillos dilue

diluere desinam, si prius ostendero, quantum pleriq; medici ea quæ cõueniant, ignorent. Putant enim acutum vocari morbum de quo celeriter iudicium est: contrarium huius, diuturnum. At veritas non ita habet: est siquidem morbus: breui tempore comprehensus, Græci βραχυχρόνιον appellant: non tamen omnino acutus. Huic contrarius est diuturnus, vel quem Græci πολυχρόνιον nominant, vel quomodocunque aliter quis vocare ipsum malit. Acuto alia morbi natura nullum proprium nomen sortita opposita est, idque merito euenit. Nam acuti morbi propter velocitatem periculosi, vt Archigenes describebat: vt autem Hippocrates, cum febre continua euenientis accidens necessario erit, vt celeriter ad crisim perueniat: etenim ex motus specie acutus nuncupatur. Quiescendum verò ei celerrime, vt qui ad proprium finem properet: nam idem est celeriter moueri, ac ad terminum confluere. Erit iam omnino brachychronius, quasi exigui temporis dicas. Aliàs tamen atque aliàs acutus, & exigui temporis dicetur: nam propter motus celeritatem acutus: quòd verò diu morari cum eo qui celeriter mouetur, non potest, brachychronius appellabitur. At natura alia morbi ei coniuncta est: multę siquidem

febres diariæ ex frigore quodã,vel aduſtione partium exteriorum,vel labore breui,vel vigilia,vel triſtitia,vel ebrietate,vel ira,vel id genus ſimilibus proueniunt,paruæ ſimul & breues,& periculis prorſus vacuæ.Atque nemo has vel idiota,vel medicus, acutum morbum vocare conſueuit.Itaque acutus à longi temporis morbo clare his ipſis diſtinctus eſt:tardus cum longo confuſus eſt,atq; non eandem motionem obtinet:ſiquidem acutus tardo,breuis longo oppoſitus eſt.Omnis ergo acutus planè exigui rẽporis morbus eſt,& omnis diuturnus neceſſario tardus.Non tamen ſi breuis temporis,acutus ſtatim eſt:neque ſi tardus,longi temporis. Proinde ex tali immutatione non admodum manifeſta,cõplures medicos nõ appellationes tantum, ſed rerum quoq; ipſarũ dignotiones cõfuderunt,perturbarúntque.

*

INDEX IN TRES LIBROS GALENI, DE DIEBVS DECRETORIIS.

A

Accesiones, cur modo tertio quoque die, modo singulis diebus eueniant, non proprium est inuenire 138

Acutus & peracutus morbus qui dicatur 106

Acutus & peracutus morbus natura & motu potius quàm temporibus metiendus 107

Acuti ex decidentia morbi ad quadragesimum diem habent terminum 108

Acutus tardo breuis longo oppositus 154

Ad quadragesimum vsque diem exquisitæ crisis ratio habetur ab Hippocrate 45

C

CAlumnia in dies criticos diluitur 11

Crisis quid 7

Crisis seu iudicij differentiæ 8

Crisium quæ imperfecta, quæ infida, quæ periculosa, quæ obscura, quæ non prius indicata, quæve mala appelletur & quæ har

harum contrariæ sint. 10
Crisis vt quatuor sunt differentiæ, ita quatuor nominibus significantur 42
Crisim præuenire seu prærumpere pernitiosum & quare 136
Crisim prædicturus opera multa Hippocratis teneat oportet 46
Crises optimæ fiunt vbi cocti sunt humores & quare 136

D

Dies decretorij qui septimum quive sextum imitantur 23.& 25
Disciplina artis breue requirit tempus, at inuentio longum 25
Dies in quibus potissimum fiunt crises & in quibus non fiunt 44.& 45

E

ERrores qui importunè committuntur à medicis 49
Exemplum de ægro qui iudicatur 30
Exteriora peccata quæ sint 51

H

HIppocrates multos dies iudicatorios simul congessit in primo Epidemiō, quos in prognostico & in aphorismis circuncidit 14
Hippocrates in libris Epidemion experimentis speculationis explorat, & nō generatim sententiam suam profert ibid.

Horam

Horam mortis prædicendi ratio 56

I

INitium morbi à quo dies decretorij pẽdent, est prima febris acceſsio iuxta Hippocratem & experientiam 29
Imperfecta iudicatio quid 10
Infida iudicatio ibid.
In quo conueniant omnes qui de diebus iudicatoriis aliquid conſcripſerunt 14

L

LVnæ figuræ, quæ apparent 121
Luna quicquid operatur ex ſolis aſpectu operatur 122
Luna cum primum occultatur primúmque apparet, varias mutationes efficit 121
Luna & ſanis & ægris dies quales futuri ſint, poteſt prænuntiare 129

M

MOrbi qui non ante vigeſimam diem finiuntur 63

N

NAtura omnino ſufficit & medicus naturæ miniſter eſt 51. & 25
Natura ordinatis vtitur motibus qui à cęleſtibus reguntur 68

O

OBſcura iudicatio quid 10
Occultare veritatem iniquiſsimum eſt 11

Per

P

Periculosa iudicatio quid 10

Q

Quartus ex sua natura septimi index, nisi quid erroris intercidat 48

S

Sextus dies regi, septimus verò tyranno assimilatur 19
Sexti & septimi index est quartus 23
Signa λυτηρία seu solutoria magni morbi solutionem præcedunt 5
Signa quæ præcedunt excretiones & abscessus criticos 6
Signorum vires cognoscendæ ab eo sunt qui præsagire rectè cupit 64
Speculationes medicæ duobus instrumentis inueniuntur & probantur 66
Subita morbi solutio per crisim tuta, sine hac recidiuam prænuntiat 4
Superiorum astrorū potentia fruimur præcipuè verò solis 120

V

Victus ratio proba non instituitur nisi terminus morbi prænoscatur, nec terminari bene morbus potest absque recta victus ratione 53

FINIS.

LVGDVNI,

EXCVDEBAT

Philibertus Rolletius.